

Regimen sanitatis Magnini Mediolanensis Attrebacensi episcopo directum / Insuper opusculum De fleubotomia editum a Magistro Reginaldo [sic] de Villa Nova. Additur quoque Astronomia Hypocratis ... de variis egritudinibus et morbis. Item Secreta Hypocratis. Item Averrois de venenis. Item Quid pro quo apotecariorum nuperrime castigatum accuratissimeque per ... Magistrum Nicholaum Rabby recognitum. Cum nonnullis insuper Avicenne ac plerumque aliorum auctorum in margine cartharum insertis.

Contributors

Mayno, de' Mayneri, -1368
Arnaldus, de Villanova, -1311
Averroës, 1126-1198
Hippocrates. Secreta. Latin
Imbrasius, of Ephesus. Prognostica de decubitu
Joannes, de Zantvliete, active 14th century.
Nicolaus, Salernitanus, active 12th century. Quid pro quo

Publication/Creation

[Lyons] : [François Fradin], [1502?]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/pcwsfpkf>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
[E library@wellcomecollection.org](mailto:Elibrary@wellcomecollection.org)
<https://wellcomecollection.org>









62817/B


The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

fol cv wanting. Dupl. of Poynter 360
Press Mark

MAGNINUS MEDIOLAN-
ENSIS
[Lyons, after 1500]



N

mag
astro
rup
Zam
nis
me
aris
by r
ne a
than



Regimē sanitatis Magnini medio
lanensis medici famosissimi attre
bacensi episcopo directum. Insu
per opusculum de fleubotomia e
ditum a perspicacis ingenii viro
magistro Reginaldo de villa noua. Additur ꝑ
astronomia Hypocratis facile omnium medico
rum principis de variis egritudinibus et morbis.
Item secreta Hypocratis. Itē Auerrois de vene
nis. Item quid pro quo appotecariorum nuperrī
me castigatum accuratissimeq; per peritissimum
artis medice cultorem magistrum Nicholaū Rab
by recognitum. Cum nonnullis insuper Auicen
ne ac plerumq; aliorum auctorum in margine car
tharum insertis.

IO. HIERONIMI

Cascicy



In primis deum testor: cuius nomen sit be-
nedictum. Ab hoc enim principaliter dependet celum
et terra natura. Hic enim est qui omnibus insit esse
his quidem clarus: his vero obscurius. In cunctis
igitur deus sublimis est preponendus et honorandus
In cunctis enim propone deum et proponet te: hono-
ra deum et honorabit te: time deum et cuncta experieris
securus. Ad honorem enim dei altissimi cuius nomen
sermo recipit gratiam et doctrinam: necnon beatissime virginis marie eius
matris et totius celestis curie. Amplius ut domino meo reuerendo domi-
no andree de florentia attrebatensi episcopo cuius vitam deus in prospe-
ritate conseruet et prolonget: cui nedum quod possem denegare non debeo
sed eidem in omnibus obedire: secundum modicum meum posse valeam co-
placere. Necnon ad omnem utilitatem inueniunt et specialiter rudium pau-
perum copiam librorum habere nequestrum nihilominus in hac scientia
studere volentium pertractare regulas regiminis sanitatis a diuersis au-
ctoribus medicine prioribus et posterioribus collectas: quos ante initium
huius operis laboravi diligenter inspicere et clare secundum modulum mei in-
genij confidens de auxilio iesu christi: qui est omnibus verus dator com-
pilare propono hoc opusculum quod pater et domine tanto post deum vo-
bis confidentius offero: quanto ut spero vestra benignitas defectum mei
ingenij me in hoc opere mirius supportabit.



Nunc autem in hoc opere quinque ponā partes principales. Quarum prima est de quibusdam que antecedunt regulas regiminis sanitatis.

Secunda est de regulis regiminis sanitatis ex rebus naturalibus sumptis.

Tertia est de regulis regiminis sanitatis sumptis a rebus non naturalibus in generali et speciali.

Quarta est de regulis regiminis sanitatis sumptis a rebus contra naturā. Quinta est de quibusdam instrumentis quibus utimur in regimine sanitatis.

Prima pars continet duo capitula.

Primum de necessitate huius operis scilicet regiminis sanitatis.

Secundum ad sciendum quid sit sanitas.

Secunda pars continet septem capitula.

Primum de regulis sumptis a complexione naturali totali.

Secundum de sumptis a sexu.

Tertium de sumptis ab etate.

Quartum de sumptis a lapsu naturali.

Quintum de sumptis ab habitudine.

Sextum de sumptis a diuersitate membrorum.

Septimum de regulis appropriatis sexui femineo.

Tertia pars continet viginti sex capitula.

Primum est de regulis sumptis ex parte quattuor elementorum nostro corpori occurrentium ab extra.

Secundum est de exercitio.

Tertium de fricatione.

Quartum de balneo.

Quintum de coitu.

Sextum de comestis et bibitis in generali.

Septimum de somno et vigilia.

Octauum de accidentibus anime.

Nonum de temporibus anni.

Decimum de granis pannificum.

Undecimum de leguminibus.

Duodecimum de fructibus.

Decimumtertium de oleribus.

Decimumquartum de radicibus.

Decimumquintum de fungis.

Decimumsextum de trullulis seu hydrys.

Decimumseptimum de carnibus.

Decimumoctauum de piscibus.

Decimumnonum de animalium superfluitatibus.

Vicesimum de saporibus.

Vicesimumprimum de potibus naturalibus et artificialibus.

Vicesimumsecundum de indumentis.

Vicesimumtertium de volentibus continere.

Vicesimumquartum de iter agentibus.

Vicesimumquintum de transfretantibus.

Vicesimumsextum de confectionibus et earum y su.

Quarta pars continet quinque capitula.

Primum est de his qui parati sunt cadere in egritudinem.

Secundum est de preseruando a pestilentia.

Tertium est de preseruando a veneno.

Quartum est de conualescentibus.

Quintum est de consuetudine.

Quinta pars continet nouem capitula.

Primum est de pleurothomia.

Secundum est de ventosis.

Tertium est de sanguisugis.

Quartum est de cauterijs.

Quintum est de farmacia.

Sextum de vomitu.

Septimum est de clisteribus.

Octauum de suppositorijs.

Nonum de pessarijs.



parte gen
arbitrio
est fidei
tut in q
Ramus
perunt
propter
moderati
bolia. Ne
solui po
fuz est
propter
lauraris
pud uti
est tunc
lauris. Et
sumptio
eriam fin
ribus ex
prefacti
durate e
nata pu
percutit
necesse
uritate
fidei
et quies
et bene
ora vna

Capitulum primum de necessitate regiminis sanitatis.



Quod regimen sanitatis sit ne prima via
cessarium: duplici via inuestigare con
uenit. Prima quidem via sumitur
ex variabilitate corporis humani. Cor
pus enim humanum est variabile et
transmutabile: non seruans consen
tiam quam habuit a generationis prin
cipio. Materia enim nostrorum cor
porum sunt duo spermata que sunt
humida et liquida et multum passibi
lia: humidum enim est multum passibi
le. Et his aut duobus spermatis cum
sanguine menstruo mulieris genera
tur membra spiritus et calores innati:
sic quidem quod ex grossiori et corpulentiori

prima via
sumitur
ex variabi
litate cor
poris hu
mani.

parte generantur membra et ex subtiliori calor et spiritus: et hec est opinio
aristotelis. et autem. et propter hoc opinatur aliqui quod sperma masculi quod
est subtilius et spirituosius semine mulieris vel sanguine menstruo: conuer
titur in spiritum qui cordi appropriatur et alijs membris sicut radit ramo.
Ramus enim sicut oritur a radice sic cor et alia membra a tali spiritu suam tra
xerunt originem. Cum ergo materie nostrorum corporum sint valde passibiles
propter earum limositatem et humiditatem. Sumuntur enim generati in fine li
mositatis et humiditatis: non est mirum si corpora nostra sint multum passi
bilia. Non enim sumus sicut lapides aut metalla a quibus parum aut nihil re
solui potest nisi in temporibus valde longis. Et quia corpora nostra ut ostendit
sunt sunt multum variabilia ex quo faciliter labi possunt extra terminos
proprie sanitatis: indiguerunt regimine conseruante quod vocatur regimen
sanitatis. Non autem est hoc sanitatis regimen necessarium ut nos tueamur a mor
te: sed utile est propter duo incommoda specialiter euitanda: quorum primus
est nimis cita humidi radicalis consumptio. Secundum est humorum putre
factio. Si enim erretur in regimine anticipari poterit humidi radicalis con
sumptio: sicut contingit in ieiunantibus et laborantibus excessiue. Poterit
etiam suffocari calidum innatum: sicut contingit in dormientibus et comedē
tibus excessiue et quiescentibus. Poterit etiam contingere in humoribus pu
trefactio et ebullitio: sicut patet in videntibus rebus participantibus cali
ditate extranea et humiditate accidentali vaporosa: talia enim sunt corpora
nata putrefieri et ebullitionem suscipere: de quibus in processu plenius ap
parebit. Sic ergo patet prima via ad inuestigandum regimen sanitatis esse
necessarium et utile. Secunda via ad inuestigandum idem sumitur ex di
uersitate rerum non naturalium quibus necessarium indiget corpus humanum
sicut sunt cibus et potus: aer: inanimatio et repletio: somnus et vigilia: motus
et quies et anime accidentia. Hec enim res dicuntur non naturales: quia eis pertinet
git bene et male vti. Unde circa eas contingit errare et bene agere. Et ideo
circa usum talium indigemus arte quia habetur ab Aristotele. vii. ethico.

Regimen
est corpori
humano
necessarium
propter duo

Secunda
via.

Prima

Quod ars est de his circa que contingit errare et recte agere. Potest enim aliquis errare in usu cibi et potus: et sic de omnibus alijs et eisdem bene uti. Bene igitur est utile habere artem evitandi malum usum et persequendi bonum sicut in virtutibus et in alijs artibus est videre.

Capitulum secundum

Ad sciendum quid sit sanitas



Quot modis
sanitas dicitur.

Non est possibile sanitatem custodire semper. Nam semper custodire omni fama ignoramus. In hoc ergo capi dicemus primo quid est sanitas.

Secundo quot modis dicitur sanitas. Nec intendimus loqui nisi de hominis sanitate vel aliorum ab homine ut veniant forsitan ad usum hominis. Unusquisque autem hominum dicit se forte sanum cum potest in operationes solitas sine sensibili leione. Uerbigratia.

Si oculus potest in actu videndi consuetum sine omni leione sensibili: dicitur sanus: et similiter in omnibus alijs membris. Dicamus ergo quod sanitas est una bona dispositio corporis humani per quam agit vel patitur actionem vel passionem ei debitam secundum naturam absque notabili leione. Hec autem dispositio est originaliter et primo in membris homogeneis seu similibus puta in osse et carne et consimilibus: et vocatur comensuratio in quattuor primis qualitatibus: puta in calido: frigido: humido et sicco.

Talis igitur comensuratio est sanitas consimilium et est complexio vel prietas consequens complexionem vel comitans. Amplius dispositio bona que est sanitas: secundo est in membris eterogeneis seu officialibus: puta in manu: pede: cerebro: et corde. Hec autem sanitas non solum est commensuratio calidorum: frigidorum: humidorum et siccorum: sed etiam prietas membrorum numerorum figurarum et situum.

Unde ad hoc quod manus et pes possint insolitas operationes sine leione insensibili non sufficit temperamentum complexionis quod consistit in comensuratione calidorum frigidorum humidorum et siccorum: immo oportet manum esse debite prietatis et debite figure debiti situs et habere digitos determinati numeri.

Et quia membra organica componuntur ex similibus et ab eis dependet: sanitas organicorum dependet a sanitate consimilium. Et quod totum corpus est compositum ex diversis membris consimilibus et organicis: sanitas ultimo reperitur in toto. Unde ex omnium membrorum coalternatione tam principalium quam non principalium tam simplicium quam organicorum sanitas resultat totius corporis.

Sic igitur ad sanitatem totius corporis requiritur commensurabilitas membrorum consimilium et coequalitas organicorum: et requiritur etiam unitas in utrisque. Unde solutio continuitatis quo ad similia vel congruitatis quo ad officialia impedit corporis sanitatem. Sic ergo patet quod est sanitas de cuius regimine nos intendimus. Nunc restat ostendere quomodo modis dicatur sanitas quantum spectat ad propositum nostrum. Propter quod sciendum est quod sanitas non in indivisibili consistit quod apparet primo in ducentibus in diversa membra quorum non est eadem sanitas cum appareat manifeste ea habere diversas complexionem et diversas compositiones et per consequens diversas sanitates quod est bene rationabile cum habes aut diversas operationes. Et talis diversitas arguit diversas sanitates.

sanitas non consistit
in indivisibili
galehu 1. de sanitate
tuenda.

Sanitas non consistit in indivisibili quod apparet primo in ducentibus in diversa membra quorum non est eadem sanitas cum appareat manifeste ea habere diversas complexionem et diversas compositiones et per consequens diversas sanitates quod est bene rationabile cum habes aut diversas operationes. Et talis diversitas arguit diversas sanitates.

Arguit sanitatem habere latitudinem tum ex complexione diversa diversarum. bentes complex. possunt gaudere prima valetudine. tum ex diversitate corporis. tum ex diversitate membrorum. tum ex diversitate membrorum. aut ex eis diversitate sepius aut etiam at regnum quoniam liber. n. 1. 1027 suagaudens sanitas. Ut si dicitur.

Membra organica dependunt ex similibus ab eis ut dicit Avicenna.

Sanitas non est
in indivisibili
galehu 1. de sanitate
tuenda.



Sanitas non est
in indivisibili
galehu 1. de sanitate
tuenda.

Salie. iij. de morbo. Siquidem sanitas dispositio est factiva actus. Hoc Gal. iij. de
etiam apparet diuersitatem considerantibus eratum. Unde puer non est morbo.
eiusdem sanitatis punctualis sibi ipsi seni. Unde scdm aliam et aliam et a
tem est alia et alia complexio et per consequens alia et alia sanitas et per
consequens indiget alio et alio regimine: et similiter diuersa membra indi
gent diuerso regimine sicut ostendit Aristotel. v. physicorum
immo non est eadem sanitas mane et vespere: sunt enim corpora nostra in
continua alteratione: et sic continue aliter se habent q̄ prius: et sic sanitas
non in indiuisibili consistit. Hoc idem patet ex diuersitate sexuum. Alia
est enim sanitas masculi et femelle. Hoc etiam patet ex diuersitate regio
num. Nam homines diuersarum regionum sunt diuersarum complexio
num et per consequens sanitatum. Hoc etiam patet ex diuersitate cōple
xionum naturalium. Nam homines diuersarum complexionum sunt di
uersarum sanitatum. Unde sanitas colerici alia est a sanitate fleumatici
et sanitas temperati alia a sanitate lapsi. Unde sanitatis latitudo est val
de magna: est tamen dare vnā sanitatem alijs perfectiorem. Et est sani
tas corporis temperati in specie humana que etiam sanitas in indiuisibi
li non consistit propter aliqua superius tacta.

Secunda pars de regulis sumptis
a complexionione naturali.



Quoniam diuersorum hominum sunt diuer
se pplexiones totales: immo non est possibile duos ho
mines simul esse eiusdem cōplexionis totalis scdm gra
dum psequens est q̄ diuersi homines indigent diuerso
regimine sanitatis. Gal. iij. regni. Et em̄ regimē sani
tatis sit p similia si cōplexiones diuersorū hoīm sunt
differētes oportet q̄ per differentiā conseruentur. Et
omnino idem cōuenit si dicatur q̄ regimē sanitatis
non est per similia vt multi dicūt de corporib⁹ multū lapsis. Nam sicut lap
si q̄ dñt regi non p similia vt multi dicūt sed p cōtraria sunt diuersi sic etia⁹
eorū regimē erit diuersū. Qd̄ em̄ diuersa vt diuersa p idē pseruent non est
bene rationabile. Quod igitur sunt diuersitates in pplexione naturali to
tali hoīs tot sunt diuersitates regiminis sanitatis. Sunt em̄ nonē diuer
sitates in cōplexione naturali ipsius. Quarū prima est nobilissima
et est cōplexio temperata ad iusticiam et ab hac cōplexione temperata la
bi contingit octo modis quattuor simplicib⁹ et quattuor cōpositis. Sim
plicibus quidē in calido frigido humido et sicco. Compositis quidē calido
et sicco calido et humido: frigido et sicco: frigido et humido. Un̄ dato q̄ lap
sus qui est respectu tēperamēti pōderis sit de necessitate in duab⁹ quali
tatib⁹ scdm sententiam sapientum: tñ lapsus a temperamento iusticia
li potest esse in vna qualitate. Vocatur autē temperamentum ponderis
in quo elemēta quattuor sunt simpliciter adequata sic q̄ vnū alterū non
excedit nec ecōuerso: tale autē temperamentū est impossibile scdm naturā
Unde ex hoc tollitur actio et passio elementorū adinuicē et per consequens
mixtio et mixtura. Et per consequens cōplexio que est proprietas mixti. Et
respectu hui⁹ tēperamēti oīa quecūq̄ sunt illa sunt lapsa in vna q̄litate
actina et in vna alia passina. Un̄ oīs res attributa pplexioni h̄z in se domi
a iij

Rationa
bile non est
vt diuersa
per idē cō
seruentur

Comple-
rio natu-
ralis hois

Natura
humana
scdm spe-
ciem habz
vnam cō-
plexionez.

Corpus hu-
manu in-
diger mul-
tis modis

Corpora
colerica in
duob' gra-
dibus nō
conserua-
buntur.

nium vnius qualitatis actiue que est in ea loco forme et alterius passiue que est in ea loco materie. Unde homo qui habet naturaliter complexio-
nem magis equalem labitur a temperamento ponderis in duabus qua-
litatibus: puta in calido et humido: vnde complexionata omnia labuntur
ab hoc temperamento in duabus qualitatibus. Temperamentum autem
ad iusticiam est temperamentum debitum alicui scdm indigentiam spe-
ciei vel individui vel partis individui. Verbigratia: natura humana se-
cundum speciem habet vnam complexionem sine qua forma humana nō
potest esse. Similiter homines sclauī vel indi habent vnam complexio-
nem propriam sine qua stare non possunt. Similiter quilibet homo par-
ticularis habet vnam propriam complexionem sine qua esse non potest.
Et similiter intelligatur in complexione partium istius hominis cum il-
lo temperamento ponderis que ex necessitate est in duabus qualitatib'
vt ad presens supponimus. Ab hoc enim temperamento iusticiali potest
esse lapsus in simplici qualitate et similiter in duabus qualitatibus. Et
scdm qd aliter et aliter lapsi sunt indigebunt alio et alio regimine vel con-
seruatiuo vel reductiio. Unde corpus in specie humana temperatum in-
diger regimine pure conseruatiuo et indiger pure consimilibus qm ex
parte complexionis naturalis. Quod autem sit illud corpus temperatu
et que sunt illa pure consimilia corpori humano temperato intelligitur
ex libris antiquorum medicorū. Et hoc ad presens est supponendū. Nolu-
mus enim omnia in omnibus conculcare et specialiter quia hoc negociū
est non vt sciamus sed vt sani in sua sanitate conseruentur et ab egritu-
dine preseruentur. Sufficit ergo scire qd corpus temperatum in specie hu-
mana debet vti his que sunt pure similia virtualiter corpori tali eo mo-
do quo possibile est: quia scim' qd nihil adeo est simile corpori temperato
quin ipsum aliquantulum alteret et trāsmutet. Modus autem specialis re-
giminis huius corporis inferius apparebit vbi nos ponemus regulas re-
giminis sanitatis sumptas a rebus naturalibus et sumptas a diuersita-
te membrorum. Ex dictis autem satis patet qd corpora que labuntur nota-
biliter notabili lapsu naturali ab hoc temperamento non indigent eodez
regimine et ex eisdem. Nam si loquamur de regimine conseruatiuo et sint
calidiora temperamento natura in specie humana indigent calidioribus
et frigidiora frigidioribus. Calidiora enim calidioribus indigent adiuto-
rijs et cetera. Gal. iij. regni. Unde videtur rationabile qd corpora colerica
conseruentur in sua caliditate per colerica virtualiter que sunt calidiora
virtualiter his quibus conseruatur complexio corporis temperati. Nec
imaginari debemus qd illa que dicimus corpus colericum conseruare in
sua colericitate sint calida simpliciter: nec colerica respectu corporis tem-
perati. Si enim que sunt colerica respectu corporis temperati: admini-
strarentur colerico nō pseruarent ipsum in sua colericitate: sed distrahe-
rent in sua complexione naturali: et facerent ipsum labi in egritudinem.
Verbigratia: si colericus vtatur vinis fortibus alleis et pipere non con-
seruaretur. Sed talia quibus corpus colericum conseruatur sunt respec-
tu corporis tēperati frigida s; respectu corporis colerici sunt calida con-
seruantia. Postq enim passa sunt a colerico calore conuertentur ad eum-
dem gradum vel prope. Unde dicimus qd corpora colerica que ponuntur
lapsa a temperamento iusticiali in duobus gradibus non conseruabun-

tur per calida in secundo temperamento iusticiali: sed conseruabuntur: per aliqua que post q̄ passa fuerunt a tali calore non augebunt nec dimi- nuent suam caliditatem et huiusmodi sunt frigida in primo respectu tem- peramenti ad iusticiam. Et sic patet q̄ regimen conseruatiuum talium non est idem nec ex eisdem cum regimine conseruatiuo corporis tempera- ti. et similiter intelligat nr in alijs. Si autem loquamur de regimine pre- seruatiuo vel reductiue talium corporum predictorum adhuc magis ad p- positum quoniam corpus habes temperamentum non indiget reductiue nec preseruatiuo: sed corpora multum lapsa puta colerica vel flemmatica indigent. Si enim conseruare vellemus talia corpora in suis lapsibus plu- res caderent in egritudinem: quia ex propria natura apta nata sunt labi in egritudinem quapropter dicuntur simpliciter egra et a generatione: me- lius est ergo q̄ reducuntur. Et quia corpora colerica lapsa in secundo gra- du caliditatis conseruabuntur per frigida in primo reducuntur per frigi- da magis puta per frigida in secundo. Talis autem reductio non erit ex- tra terminos complexionis colerici: sed erit infra terminos latitudinis eiusdem. Et sicut dictum est de colericis idem intelligatur in alijs lapsib⁹ tam simplicibus q̄ compositis. Quid etiam sit gradus et graduum distin- ctio quomodo accipiatnr apud medicum ad presens supponatur et de hoc faciam vnum tractatum.

Capitulum secundum De regulis sumptis a sexu.



Sicut diuerse complexionones naturales in- diget diuerso regimine: sic etiam sexus diuersus diuer- sam arguit complexionem. Masculi enim sunt calidi- ores et sicciores et in q̄titate maiores et longiores et fortiores et communiter prudentiores femellis in spe- cie humana quicquid sit in alijs speciebus in quibus potest contingere femellas esse maiores et calidiores videlicet in animalib⁹ viuentibus de rapina et in qui- busdam entoniorum et piscium de quibus ad presens non est sermo. Sup- ponamus ergo ex his que apparēt ex dictis sapientum masculos calidio- res et sicciores esse in specie humana femellis ⁊ femellas frigidiores et hu- midiores et corpore misericordiores masculis. Vir ergo temperatior est ca- lidior et siccior muliere temperata: et per consequens indiget alio regimi- ne conseruante. Et puto saluo meliori iudicio q̄ mulier temperatissima in genere mulieris non indigeat regimine reductiue sed conseruatiue sicut masculus temperatissimus. Masculus enim temperatissimus temperati- or est in specie humana q̄ mulier temperatissima. Ambo tamē sunt infra temperamentum corporis sani simpliciter et habent illud temperamen- tum q̄ se extendit ad masculum et ad femellam. Quod autem masculū ce- teris paribus sunt femellis calidiores supponamus ad presens ex dictis sapientum: et ex signis manifestis sic patet: quo habito patet q̄ ad diuersi- tatem complexionum diuersorum sexuum diuersi sexus indigent diuerso regimine conseruatiue vel preseruatiue. Hoc idem patet ex diuersitate co- positionis et operationis. Nam alia est compositio in sexu femineo et ma- sculino vt multa membra sunt in femellis que non sunt in masculis et es-

Alia est cō- positio in sexu femi- neo ⁊ mas- culino

contra et aliter disposita. Unde in mulieribus est matrix et collū matri-
cis que non sunt in viris: et in viris est virga virilis que non est in mulie-
ribus. Similiter māmille in mulieribus sunt propter lactis generationē
sed in viris non sunt ad hunc finē sed propter decorē et caliditatis cordis
conseruationē. Unde māmille mulierū sunt maiores māmillis virorum.
Ampli⁹ in mulierib⁹ est imp⁹gnatioz mēstruorū euacuatio q̄ nō est in viris.
Ampli⁹ in mulierib⁹ est infātiū lactatio sine nutritio. Et sic in regimie ser⁹
feminei egemus regulis specialibus diuersis quibus non egemus in regi-
mine masculorū. Nā indigemus regimine conseruante matrīcē et collū es-
insdē matrīcis et preseruante a fluxu et retentione mēstruorū inordina-
tis. Amplius indigemus regimine conseruante et preseruante māmillas
ad moderatā et bonā lactis generationem. Indigemus etiā regimine pres-
gnantis et parturientis et lactantis quorū nullo modo indigemus in re-
gimine virorū. Et de his omnibus propter artis perfectionē bonū est face-
re capitulū singulare: et de illo forsan inferius apparebit. Et erit capitulū
de regulis appropriatis serui femineo vt differt a masculino. Et sic patet
diuersitas regiminis sanitatis ex diuersitate sexus. Et sicut oportet confi-
derare diuersitatē serui in regimine sanitatis. Et sic etiā et diuersitatē re-
gionū. Nā homines diuersarū regionū: sunt diuersarū complexionū natu-
raliū et formarū diuersarū et figurarū et colorū sicut in regionibus extre-
mis est videre puta de sclaris et indis. Isti distant in cōplexione. Et abu-
sio esset dicere q̄ ex eis dē et eodē modo conseruarentur in sanitatibus su-
is. Et puto saluo meliori iudicio q̄ lapsus diuersi secundū diuersitatē regi-
onū non indigent regimine reductiuo sed conseruatiuo. Nā secundū illos
lapsus qui sunt ex parte regionis corpora non dicuntur egra nec egrotati
na simpliciter nec vt multū nec vt nunc. Unde indiuidua diuersarū regio-
nū solū indigent reductiuo regimine secundū lapsus appropriatos singu-
lis indiuiduis vt labuntur a medio latitudinis proprie regionis. Unde
sclauus tēperatissimus non indiget regimine reductiuo ad complexionē
climatis tēperati. Unde sclauus tēperatissimus melius viuīt et sanius in
suo proprio climate q̄ in climate tēperato: sed sclauī qui sunt multū lapsi
a tēperamento proprii climatis indigent regimine reductiuo ad proprium
tēperamentū eiusdē sic tamen q̄ illa reductio sit infra terminos latitudi-
nis cōplexionis proprie et nature indiuidui que reductitur. Unde puto q̄
in quolibet climate sunt corpora sana simpliciter et egra simpliciter et semp
et multū. Corpus tamen sanū vnius regionis est sanius et perfectius alio
alterius regionis. Unde corpus humanū tēperatissimū climatis tēperati
dicitur mediū vniū equale ad iusticiā in cōparatione ad corpora tēperata
aliarū regionū et respectu huius alia corpora dicuntur lapsa sed ille lap-
sus non erit faciens talia corpora egra aliquo modo.



Capitulū tertium de regulis sūptis ab etate.
Consequens est dicere regulas generales sa-
nitatis sumptas ex diuersitate etatum. Supponamus
hanc diuersitatem etatus esse in homine temperato libe-
ro ab occupationibus qui sit potens obedire siue subij-
ci regimini sanitatis. Quid autem sit de corporibus lapsis et occupatis ex
dictis poterit apparere. Et quia prima etas est infantiū primo dicemus
regulas regiminis sanitatis ipsius infantis que in fine equalitatis exi-

stir. Dicamus ergo q̄ talis infans post parturitionem ipsius statim ponendus est in aqua tēperate caliditatis ne corpus suū alteretur ab aeris frigiditate vel excessiua caliditate. Ut etiā sordes si que a matre fuerint de relictis per aquā calidāz deleantur. Sed ante etiā vmbilicus est ligandus non nimis longus ne sit maior q̄ deceat: nec nimis brevis ne sit minor q̄ deceat: nec debet etiā ligatura esse nimis fortis nec nimis debilis ne prius cadat et citius q̄ oportet nec tardius. Ligatura debet esse de filo lane non nimis duro. Post abscisionē vmbilici aspergatur sanguis draconis vel aliquid simile vtp̄ta ciminiū: sarcocolla vene citrine. Quantitas inscisionis est quattuor digitorū et ligationis vnius digiti. Post casum vmbilici mulieres gallicane salinā solū ponere consueuerunt. Alij autē docent apponere cineres coclearij vel plūbi adusti vel calcanei vitulini. Consueuerūt mulieres gallicane infāntē natū nouissime ante omnia ponere supra nūdas paleas: et eundē fricare paleis tēperate fricatiōe. Et ego laudare paleas nō esse fridas nec calidas excessiue: sed calidas tēperate. Sed mos aliaz est infāntē recipere in gremio in pāno lineo v̄l laneo tēperate caliditatis. Et vt sit ad vñū dicere recipiend⁹ est infās in loco filiori loco matricis q̄ possibil⁹ est: q̄ mutatio subita nocet nocmēto magno. Et iō nullo modo balneādi sūt post pturitōez in aq̄ frigida: sicut qdā barbari p̄sueuerūt sed in aq̄ pura tēperate caliditatis filii caliditati matricis in q̄ per experiētiā nos videm⁹ eos q̄plimū delectari. Dicūt antiquoz qdāz q̄ eoz corpa post partū debēt synapizari sale minutissime triturato ⁊ deinde fasciari recēter. Idec em̄ synapizatio v̄l est ad mēbra eoz roborāda a frigore calore et filib⁹. Ex hoc em̄ eoz cutis efficit dēfior et impassibilior: hūiditates ⁊ impuritates cutis supflue p̄sumunt in quib⁹ p̄stat infātes abūndare. Sed q̄ sal habet ex sui natura mēbra infantis mordicare loco sal ad p̄dictas itētiōnes vtunt aliq̄ sapientū oleo fruct⁹ gladiū ex quo mēbra roborant et hūiditates aliq̄liter desiccant. Rōnabile est istud in infātib⁹ valde calidis ⁊ multū raris puta colericis ⁊ sāguineis quoz mēbra sūt valde rara. S; in infantibus q̄ sunt in fine eq̄liratis se⁹ est. In his em̄ sal magis vtile. Et si essent fleumatici infātes eoz sal debet esse calidi⁹ ⁊ nō ficci⁹. Ampli⁹ eoz vesice sūt cōprimēde vt facili⁹ vñā emittāt. Eoz etiā nares purgētur cū digito minimo cui⁹ vnguis nullā habeat eminētiā et anī orificiū mino digito infūcto oleo est apiendū. Mulieres gallicane hñt regulā spālē in regimie infantii quāuolum p̄mittere. Dicūt em̄ infātes nouiter natos debere synapizari saria et spāliter p̄tes eoz inferiores musculosas: deinde fricari cute porcina tempore asp̄tatis. Dicūt em̄ supfluitates malas ab eoz corpib⁹ resolui. Est etiā infās balneād⁹ singul⁹ dieb⁹ bis nō qdē pleno stomacho lacte nec statim post lacratōez s; añ. Sicut em̄ exercitiū debet anticipare cibū in potētib⁹ exercitari: sic balneū debet anticipare lactatōz in nouiter natis q̄ nō pñt exercitari. Vñ si stomach⁹ sit plen⁹ lacte eoz digestio corrupit p̄p̄ balneū et opilatōes in laterib⁹ generātur: filiter eoz dyasfragma p̄primif ⁊ in eis dē tussis generatur ⁊ interdū vomit⁹ q̄ oia in nouis natis nocua sūt simpliciter ⁊ enitāda. Nō debet autē balneari in aq̄ sapiēte naturā siue virtutē farmacoz cuiusmōdi sūt aq̄ sulphuree ⁊ alūniōse: s; debet eē aq̄ pura fōtina cui⁹ mor⁹ sit versus oriētē p̄ terrā arenosā nō lapideā nec lutosā: ēt a montib⁹ discooptā: aerī ⁊ solī expōsitā nulli⁹ saporis: substantie subtrī: cuius resistentia nulla vel pauca pondere leuis: q̄ cito calefit et cito infrigidatur.

Qualiter mulieres se debent regere erga fgmē infantii.

Prima

Morescentur in balneo quousq; carnes eorum rubere incipiant. Et post bal-
 neum decenter sunt fasciandi sicut nouerunt matrone circa hoc insistent-
 res. Fasciatio autem non debet esse nimis stricta ne eorum augmentū im-
 pediatur nec nimis mollis ne eorum membra indebite figurentur. Nec de-
 bent esse panni ex quibus fasciantur frigidi. Et si forsan ne eorum mem-
 bris aliquod peccatum appareat ex parte figure vel situs vel quantitatis
 post balneum fasciando temptari debet eorum correctio sicut nutrices in-
 fantibus suis facere consueuerunt. Et similiter in his quorum vna tibia
 est breuior alia. scilicet magis extendendo eam q̄ aliam. Post hoc autem
 infans lactandus est quousq; dormiat. Quod si forsan dormire non velit
 consolandus est cum dulcibus cantilenis. Et si omnia ista non iuuerint
 portandus est totus fasciatus hincinde. Et super omnia studeat nutrix q̄
 eius vestes non sint sordide. Sed quia matronas in his expertas videm⁹
 magis proficere: in hac materia me amplius tenere non intendo. Totiens
 enim sunt fasciandi in die quotiens eorum vestes sordide reperiuntur.
 Semper autem post balneum lactandi sunt: et similiter post eorum vesti-
 um sordidarum mundificationem. Si quidem eos lac sugere delectabili-
 ter videamus quod eorundem infantium lactandi consuetudine facile est
 videre tunc secundum q̄ plus vel minus recipiant vnica lactatione dele-
 ctationem lactis secundum hoc sepius vel minus sunt lactandi. Maior
 pars temporis nouiter natorum occupanda est in lactatione: balneatio-
 ne: dormitione: et huiusmodi vestium sordidarum mutatione. Nec omnino
 nouiter nati indigent alio cibo nisi lacte: et hoc eis sit loco cibi et potus.
 Lac autem infantibus conuenientius est lac matris proprie. Nam natura
 sagax sagacitate cuius non est finis ex vna portione sanguinis menstrui
 fetum generat et nutrit in vtero matris: et ex alia portione lac in mam-
 millis generat quod quidem lac cum sit generatum ex sanguine maxime
 simili sanguini qui fuit materia generationis et nutritionis infantis: est
 eidem optimum nutrimentum quod est verum supposito q̄ mater sit sa-
 na et debiti regiminis secundum q̄ requirit actus nutritionis nutricis.
 Et hoc est quia ex eisdem sumus et nutrimur. Quod si forsan mater pro-
 prium genitum nutrire non posset vel non velit: tunc eligenda est nutrix
 sana bone conditionis et boni moris: etatis perfecte: cuius color ad ni-
 grum declinet: et vene sint late: et colum grossum et pectus amplum et
 mamille non carnose magne: non laxe: venarum multarum: cuius lac
 non sit nimis subtile et seorsum nec nimis grossum et caseatum: coloris al-
 bi: boni odoris et boni saporis. Cuius etiam lac non sit nimis partui pro-
 pinquum nec nimis remotum cuius partus fuit naturalis etiam masculu-
 lus et sit vnius mensis cum dimidio vel duorum. Et si possit inueniri nu-
 trix similis complexionis et regiminis matris infantis cuius partus fue-
 rit naturalis etiam masculus non esset malum immo puto q̄ talis esset
 pre omnibus eligenda supposita lactis conuenientia in q̄ritate et in con-
 ditionibus ante dictis. Quod si mater proprium filium nutrire velit non
 eligatur alia sanitate et bono regimine habitis cū lactis sufficientia. Qd̄
 autez sit bonū regimen nutricis ex quo lac eiusdē conseruetur corrigat et
 augeat infans: appebit post vbi regle regiminis sanitatis appropriate serui-
 femio vt differt a masculio ponent. Et nō laudare q̄ in p̄mis dieb⁹ part⁹
 mater lactaret propriū filiū suū. Tuz quia mater multū alterata est a p̄u

Lac conue-
 nienti⁹ pu-
 eris lactan-
 tibus.

Tum qz lac diu remansit in māmillis ex quo forte potest esse corruptus: si
 cut etiā ex proprio colore et substantia est videre. Unde mulieres gallicane
 faciūt fugi lac ab earū māmillis p aliquā mulierē vilez ad hoc deputatā mulieres
 Non est cinabulum eius mouendum ad somni prouocationē motu vio lac fugi fa
 lento ne eius lac in stomacho concutiatur et digestio corrūpatur: sed mo ciunt
 tu suauē et si sine motu cum māmilla somnus possit prouocari meli est. Moderat
 Moderatus fletus ante lactationem conuenit: et specialiter ad partium tus fletus
 spiritualium dilatacionem et ad humiditatu capitis aliquale euacuatio ante lacta
 nē et ad caloris tēperari renouationē et pfortationē. Lactent bis vel ter in tionem cō
 die naturali vel ad plus qter. Qd si forsan in eoz stomachis corrūpat lac uenit
 ex multa et immoderata suctione: ex qua ptingit inflatio et extensio et ven
 tofitatus multitudo et vrine albedo longo tempore famelici sunt permit
 tendi: et studium impendatur vt somnum dormiant longum. Securius
 est vt parum sugant lactis et sepe. Assimilantur enim corporibus conua
 lescentium qui sic sunt cibandi vt inferius apparebit. Bonum est etiam
 ante lactationem q parum mellis despumati cum aliquantulo vini lym
 phati albi eisdem propinetur propter stomachi ablutionem et lauacionē.
 Et specialiter in principio aliquid lactis in infantium oribus mulgeatur
 vrminis eorum meri in actione laboret et ex conamine suctionis eorum
 gule cum mery et reliquis instrumentis lesionem incurrant. Hoc igitur
 fit regimen infantium quousqz dentes emittant anteriores. Postq den
 tes apparuerint anteriores alius cibus a lacte nutricis infantibus inter
 dum est tribuendus sicut cibi lacti similes in substantia et virtute lacte tñ
 parū grossiores. et sunt cibi qui pauca vel nulla indigent masticatione cu
 iusmodi sunt cibaria laudabilia a matribus vel nutricibus eorum primi
 tus diligenter masticata vt panis in aqua mellis dissolutus vel in aqua
 carniū laudabilium vel cibus factus ex farina tritici et lacte animalis
 sicut mulieres gallicane facere consueuerunt. Aut panis dissolutus in vi
 no bene aquatico interdum potest eis bene tribui. Aqua bona et pura cu
 ius conditiones superius dicte sunt: potest etiam permisceri cuz aliquā Quot mo
 tulo vini. Nec laudo q predicti cibi tradantur infantibus simul cuz lacte dis potest
 In hora enim in qua aliquis predictorum ciborum exhibetur infantibus aqua pmi
 abstineat a lacte quousqz predictorum ciborum digestio fuerit perfecta: scerici vi
 Hoc facto possunt indui et portari et balneari minus quam ante. Cuz au no.
 tem inceperint per seipsos ambulare: nutrix debet esse sollicita ne infans
 diuersis et inordinatis moueatur motibus ne forte eius mēbra torquean
 tur: nec est cogendus sedere vl' ambulare anteq scdm naturam desideriu
 veniat. Locus in quo sedet non debet esse durus: nec asperitatem habens
 nec coram ipso debent esse aliq ex eis que pungunt et incidunt. Custodiē
 dus est ne ab alto loco labat. Cum autem dentes canini inceperint appa
 rere ab omni re que ad masticandum dura est debet abstinere: ne forte
 materia predictorum dentiu propter duorum masticationem totaliter
 resoluatur. Et tunc plurimum bonum erit fricare ginginas ex arungia
 galline vel ex butyro recenti et cerebro leporis ex hoc enim facilius eoz
 fit transitus et origo. Et quia in tempore originis dentium predictorum
 consueuerunt infantium colla rubere q plurimum laudo q hoc tempo
 re vngatur caput et collum cum oleo rosato conuassato cum aqua ca
 lida. Cum autem possibile est vt cum predictis dentibus mordere desides

Prima

Radix li-
quericie.
Temp' se-
questrati-
onis.

rant proprium digitum masticare quapropter hoc tempore frustum par-
uum radices yreos in eorum manibus est ponendum que non sit sicca: sed
inter siccum et viride mediocris. Nam ex eorum masticatione prohiben-
tur eorum gingivae ab ulceribus et dolore. Laudo q' gingivae earum fres-
quenter cum melle despumato cum aliquantulo salis fricentur: hoc enim
prohibet a dolore et ulcere. Quando autem predicti dentes canini perfec-
te creuerint radix liquericie continue masticetur. Et q'ro infantes ma-
gis appropinquant ad tempus in quo sunt a matre totaliter sequestran-
di tanto oportet assuefieri cibariis magis grossis. Tempus sequestratio-
nis est cum possunt alios cibos masticare perfecte: cum scilicet omnes den-
tes emerint. Et hoc tempus est duorum annorum communiter. Dicunt
quidam q' masculus tardius sequestrandus est q' femela ceteris paribus.
Quod si infans perfide et inordinate post tempus sequestrationis mam-
millam quesierit et ex illo inordinate fleuerit: epithimande sunt mammi-
le cum aliquibus que infanti abominationem inducant in gustu cuius-
modi sunt succus absynthij et mentastri et myrhe et similia. Hoc er-
go sit regimē infantis quousq' a nutrice sit sequestrandus. postea tota so-
licitudo parentum debet esse in meliorando mores ipsius. Et in hoc confi-
sit duplex utilitas una ut crescat bonus et fiat ei in bono habitus fixus
qui generatur in anima ex actibus frequentatis. Et hec utilitas est in ani-
ma cuius artem non habet medicus sed moralis philosophus. Alia est at-
tinens corpori. Nam ex malicia morum et passionum potest in corpore ge-
nerari complexionis malicia. Unde sicut mali mores sequuntur maliciaz
complexionis: sic possibile est maliciam complexionis ex morum malicia
generari. Unde timor in multo tempore perficit melancolicum. Et ergo
non sunt permittendi nimis tristari nec irasci nec flere nec gaudere: sed
medium in his elegibile est. Et si nobis appareat eorum natura vel con-
stellatio inclinari inordinate ad aliquam passionem auertēdi sunt ad con-
trarium. Advertentes enim ad contrarium ad medium veniemus sicut di-
rigentes lingua tortuosa facere consueverunt. Et sic patet q' in custodia mo-
rum summa corporis et anime custodia consistit. post somnum balnean-
dus est quousq' eius carnes rubere incipiant: deinde ludere permittatur
per unam horam: deinde cibandus est cibis laudabilibus. deinde per mit-
tendus est ludere prolixius: deinde balneandus est. post sequestrationes
eorum aliqui sunt contenti exercitio: parum aut nihil curantes de balne-
is: sed quia eorum membra ante septimum annum sunt multum debilia
et ad motum inepta rationabile est q' interdum balneantur ad membro-
rum confortationem et ad superfluum tertie digestionis expulsionem
et ut membra ad augmentum preparentur. Non debent esse balnea sapi-
entia naturam aliquorum pharmacorum cuiusmodi sunt sulphurea alumi-
nosa et similia: quia redderentur ex illis corpora eorum inaugmentabilia.
Et propter eandem causam exercitium eorum non debet esse forte multū
et magnum: quia membra eorum adeo sunt debilia q' exercitium forte pa-
ti non possunt. In hoc tempore etatis vinum est nocivum et eo non indi-
gent. Nocivum quidem quia est ignem addere igni. Habent etiam nervos
debiles et cerebrum quorum vinum est maxime lesivum: et precipue quia
eorum nervi sunt valde passibiles et penetrabiles a vino quod est opri-

Malicia
complexio-
nis ex mo-
rum mali-
cia.

minus penetrator propter subtilitatem eius debitam ex parte actionis et substantie. Vinum enim est subtile in substantia et actione. Nec indigent vino propter vane mundificationem: et colere rubee cum vina mundificationem. Nec propter corporis humectationem: nec propter melancolie repressionem: nec propter digestiue et caloris innati confortationem: vt consideranti manifestum est. Vinum album limphatum valde potest eis propinari loco potus. Et q̄to sunt calidioris complexionis minus vtantur vino: et q̄to frigidioris plus vtantur eo. Aqua que est potus eorum sit pura cuius condiciones superius tacte sunt. Hoc sit regimen pueri quousq; magistro tradatur quod est tempus annorum sex. In hoc tempore tradatur magistro qui eum doceat in moribus et sic gradatim est ordinandus nec solito balneandus et eius labor ante comestionem augmentandus: quia eius membra sunt solito fortiora. Non sunt tamen apta fortibus exercitijs ante decimumquartum annum: immo forsan eis non competit exercitium forte et magnum ante finem adolescentie. Usq; ad duo septennia annorum non competit vinum nisi aquaticum sed minus q̄ ante. Sed interdum non est malum eis in hoc tempore ministrare parum boni vini: propter preservationem a generatione opilationum. Hoc sit regimen pueri usq; ad decimumquartum annum. Unde parum deinceps differt regimen corpori debitum scilicet temperato libero vacare potenti regimini sanitatis a regimine transeuntium decimumquartum annum preterq̄ q̄ possunt fortioribus exercitijs vti: et cibis grossioribus et vinis minus aquaticis et paucioribus balneis et indigent breuioribus somnis. Non indigent exercitijs fortissimis nec talia exercitia sustinere possunt sine notabili leſione cuiusmodi sunt exercitia luctantium tornantium et similia: nam eorum membra non sunt sufficienter apta ad tales motus propter eorum imperfectionem: sunt enim adhuc in via augmenti: et talia exercitia unpediunt eorum augmentum. Et sicut dictum est de exercitijs ita intelligatur de cibis: non enim possunt digerere cibaria fortissima ad digerendum dura: quemadmodum possunt illi qui sunt in termino adolescentie. Similiter actus venereorum non sunt eis ita conuenientes sicut his qui terminum adolescentie sunt consecuti: immo ex coitu inordinato magnam consequuntur leſionem. Ex hoc enim corpus impeditur ab augmento: nec semen est vtile generatiois: anteq̄ membra ad perfectum augmentum peruenierint: vt patet in terrenascentibus quorum semen est imperfectum anteq̄ planta augmentum perfectum deuenierit. Cum autem aliquis ad perfectum deuenierit augmentum quod communiter supponitur circa medium quarti septennij annorum: et est annus vicesimusquintus tunc est sanitas perfectissima: et durat usq; ad quadragesimumquintum annum. Et vocatur hec etas: etas pulchritudinis et fortitudinis. Nam hoc tempore corpora sunt pulcherrima et fortissima et in eis omnes operationes sunt fortiores: quod specialiter verum est de vitalibus et animalibus quicquid sit de naturalibus. In hac etate indigemus fortioribus exercitijs et est sufficientior ad exercitia fortissima: et multo magis quam aliqua precedentium. Et minus indiget balneis aque calide quam etas precedens: sed balneum frigide aque huic soli etati est

Bonuz et
vtile ē dā
re vinum
aquaticuz
pueris p
pter pser
uationem
a generati
one opila
tionum.

Calor inna-
tus ex ba-
leo debili-
tatur

conueniens ut membra reddantur robustiora: et ad motum fortes aptiora. Nec calor innatus ex predicto balneo debilitatur: sed magis confortabitur nec augmentum membrorum impediatur. Et non debet hoc balneum esse aque intense frigiditatis nec in tempore et hora frigidis: sed calidis. Cibum in hac etate debet esse grossior et maioris quantitatis et minoris numeri. Nam debent et possunt respectu prioris et posterioris etatis grossum et multum cibum accipere et raro. Que sunt cibaria conuenientia eis inferius appebit. Potus debet esse vinum subtile album minus aquaticum quam in minori etate propter vrine pronocationem: colere mundificationem et sudoris pronocationem: et membrorum humectationem. Nec debent eorum cibaria esse calida nec acuta ne forte ex eis in febrem vel capitis supercalefactionem vel humorum adustionem incidant. Et propter eandam rationem vitare debent omnia excessiue calida et sicca: ut piper: synapis allea et similia. Hec etas indiget breuissimo somno respectu aliarum propter digestionis fortitudinem: et robur membrorum que sunt instrumenta virtutum animalium sensituarum et mortuarum. Somnus enim ordinatur ad confortationem virtutum naturalium et quietem animalium. Quo ad anime accidentia summe est vitanda ira et tristitia que sanguinem supercalefaciunt et adurunt. Hec etas actibus veneris est conuenientior propter membrorum perfectionem et caloris et spirituum fortificationem et seminis multitudine et digestionem. Regule autem speciales regiminis sanitatis que sumuntur ex rerum naturalium diuersitate inferius apparebunt. Hanc etatem sequitur consistentia cuius regimen parum differt a regimine immediate dicto. Hanc consistentiam sequitur senectus cuius volumus ponere regimen speciale sicut infantium. Notandum quod tota intentio in regimine senum est administrare quod calefaciat et humectet ex nutrimentis balneis et potibus: longo somno et quiete. Et quia in stomachis senum fleuma multiplicatur per viam intestinorum euacuare procurabimus: ipsum primitus digerendo cum decoctione hyssopi et orimelle diuretico. Euacuatio fieri potest cum pigra vel cum decoctione volubilis et polipodij in qua infundantur carthamus turbitus et zinziber. Pillule etiam compositae ex semine carthami et ficibus et terebentina sunt senibus conuenientes et sit de illis quantitas duarum anellanarum vel circa. De nutrimentis senum dicam quod nutrimenta senum debent esse facili digestionis et boni nutrimenti et minoris quantitatis et numeri minoris quam in etatibus precedentibus. A corporibus enim senum non fit multa resolutio propter caloris subtilitatem et membrorum duriciem: et sic non indigent multo cibo nec sepe sed paucitate eis sufficit respectu etatis prioris: et raro propter digestionis debilitatem. Et ergo debent eis administrari nutrimenta que in parua quantitate possunt corpus senis nutrire sufficienter: et quia senes non indigent sepius a refectione: immo forte eis sufficit comedere semel in die naturali ideo facillime ferunt ieiunium quod verum est de senibus a senectute et non a senio. Senes enim a senio qui sunt sicut lucerna ex tinctioni parata indigent sepius et paucissima refectione. A cibo enim multo simul sumpto suffocaretur eorum calor sicut paruis ignis a multis lignis. Et si non eis sepe nutrimentum administraretur calor naturalis humido radicali consumpto sicut lucerna ad extinguendum

parata propter olei consumptionem et lichini illuminati paucitatem ex-
tinguetur. Bonum ergo puto tales dietari ter in die naturali sic q̄ inter
primam et secundam comestione interueniat spaciū octo horarum et inter vl-
timam comestione primi diei et primā sequētis interueniat spaciū decē
vel vndecim horarum; et sic tertia comestio maior erit secunda; et secunda aliqua-
tulum maior prima. Prima comestio erit circa secundam horam equales diei
naturalis; et secunda comestio erit circa horam septimam; et tertia circa deci-
mā septimam horam diei sequētis et est circa nonam vel decimā equales.

Debent senes preterea euitare omnia cibaria fleumatis vel melacolie ge-
neratina et venarum opilatiua cuiusmodi sunt grossa viscosa solida et di-
gestioni inobedientia: verbigratia genera leguminuz et genera piscium sa-
litorum et nō salitorum et specialiter animalium marinorum et vniuersaliter
carentium squamis et spinis et carniū salitarū et specialiter aialium fil-
uestrium porcorum bouz antiquorum salitorū et nō salitorū; et auis in aq̄s
degentium et vniuersaliter cibarioz pomorum coctanorū et mespiloz et si-
milium frigidoz olerum frigidorum puta lactucarum portulacaz et simi-
lium. Senibus quoq̄ cōuenientior est elixatura q̄ fritura vel assatura; et
assatura q̄ fritura; et pastillatura q̄ assatura. Salse ex vino sunt conue-
nientiores senibus q̄ ex aceto vel verinto. Acetum em̄ est senibus incōue-
nientissimum ratione ei⁹ frigiditatis et siccitatis. Et meo iudicio senectu-
tem accelerat et cōfirmat. Item specierum genera sicut zinziber et cinamo-
mum sunt senibus pueniētiōra. Et omnia genera speciez participantium
caliditate et humiditate vel parua siccitate. Ad senibus multū est cō-
ueniens. Debet autē esse album: grādinosum: durum: incisibile: boni sapo-
ris cuiusmodi est mel de mōte pessulano. Carnes castratoz iuuenuz ca-
ponum: gallinarum: galloz testiculi oua recentia sunt cibaria senibus cō-
uenientia. Et similiter perdicum alandarum et fasianorū. Hec em̄ sunt fa-
cilis digestionis boni nutriti et multi. Pisces senibus cōueniētes sunt
piscis marini et inter ipsos est rogetus gomatus et plagitia. Et melius est
q̄ decoquētur in vino cum feniculo aneto et petrosilino vt eoz frigiditas
temperetur et remoueat eoz viscositas. Lac senibus conuenit eo q̄ nu-
trit cito et corpus humectat. Quibusdā autē nō conuenit eo q̄ opilationē
generat: vnde quibusdā ex lacte sub dextro hypocōndrio dolor et extensio
contingere cōsuevit: propter venaz stricturam et talibus nō cōuenit. Lac
conueniētius est eis asininū vel caprinum cū aliquali q̄ritate zuccari vel
mellis despumati: hec em̄ phibent ipsius corruptionē et iunāt eius pene-
trationez. Caseus senib⁹ est inutilis nisi sit bene vinctuosus nō salsus nec
nimis recens. Butirum senib⁹ cōuenit: q̄ eos humectat et calefacit et mē-
bra pectoralia lenit. Olera cōuenientia: sunt sicla: bleta: feniculū: petrosi-
linuz: borago domestica et siluestris: saluia: menta: et cōsimilia que ad cali-
ditatem et humiditatem declināt. Polipodium cū aniso est eis cōueniens
ad leniendum ipoz naturas si decoquatur cum carnib⁹ laudabilibus.
Idem intelligatur de volubili herba cuius est flos albus ad modū cāpa-
ne: et mercurialis eis cōuenit: et eis cōueniens est oleum oliuaz maturarū
et amygdalozum dulcium et zizaminum. Fructus senib⁹ cōueniētes sunt
ficus et specialiter sicce et passule et pruna et dactili. Et ficubus quidem in
principio comestione et alijs in fine est vtendum. Dyacalamentum etia⁹
est eis cōpetens et specialiter ad aperiendum opilationes laterum quas

De cibariis

Caseus se-
nibus nō
multuz p-
dest vt di-
Auerrois
vi. col.

Secunda

senes sepius incurrere cōsueuerunt. Clistere ex oleo simplici dulci est eis conueniens interdum ad leniendū eorum naturas et ad humectandū eorum viscera. Et omnino cauere debent ab acuto clisteri ne eorum intestina siccentur sed humidum clistere et vinctuosum est eis vtilissimum. Debeamus sollicitari in regimine senum de lenitate ventris eorum: et nihil penitus de fleuborhonia esse curandū. Et loquor de senibus a senio cuius initium. ponitur in septuagesimo anno vel circa: quibusdā citius quibusdā tardius. sunt enim quidā ita male constructi corpore qd nō possunt ad annū sexagesimum peruenire. Vinum nouum album gallicū aquaticum senibus nō est conueniens: nisi forsan post balneū si eos inordinate contingeret fitire. Vinum senū debet esse rubeum. subtile odoriferum et antiquū. Tale enim vinum senes calefacit et nutrit: melancoliā compescit: vinam puocat. iuncturas humectat. calorem innatum reparat. quibus omnibus indigent senes. Acruminum generibus vti possunt si eisdē vti cōsueuerunt: puta alleis cepis et specialiter propter opilationē venarum aperiendam quam sepe incurrere cōsueuerunt ad quod tunc valeret dyacalamentū. Zyraca senibus multū conuenit ad aperiendum opilationes ipsorum si militer competit medicina vocata arhanasia cuius descriptionē inuenies in antidotario. Potagia senibus conuenientia sunt gruellū de auenae hordeo cum aqua carniū laudabiliū. Similiter rape cū aqua carniū laudabiliū et feniculo senibus sunt conuenientes. Similiter purera ex boraginibus bletis feniculo petrosilino senibus sunt conuenientes. Potus hydromellis senibus est cōueniens ad aperiendum eorum opilationes: et si sint in vīs vine decoquatur cum hydromelle petrosilinum et specialiter macedonicum apium feniculum et similia. Et si opilatio fuerit in vīs spiritalib⁹ addat hydromelli capillus veneris: isopus et filia. Fricatio tēperata in qritate et qualitate: senibus conuenit. Debilia mēbra et dolentia senum fricatione nō indigent. Debet esse fricatio cum manibus asperis et grossis pannis vicibus interpositis: nō tamē debet esse fricatio tanta et talis qd mēbrorum ipsorum inducat siccitatem et per cōsequens frigiditatem per viam resolutionis humidī et naturalis calidi sicut in exercitijs immoderatis cōtingere solet. Nec debet esse nimis parua ita qd in mēbris senū nulla fiat resolutio cū fricatio naturaliter ordinetur ad expulsionē superfluitatum mēbrorum tertie digestionis: et ad cōfortationē eandem. Debet igitur esse talis et tanta qd sit sufficiens poros mēbrorum aliquantulum aperire et eorūdem calorem innatū aliquantulum confortare et superfluitates eorum cōsumere: vt ex his mēbra senum calidiora reddantur et naturaliter humidiora. Et sic patet qd fricatio senum nō debet esse fortis qd mēbra deficcet nec debilis quia calorem in mēbris nō confortat. Nec etiam parua quia nō sufficit poros aperire et superfluitates consumere. Nec nimis magna: ne mēbra debilia senū vltra naturalē debilitatem debilitet. Debet ergo esse mediocris in quantitate et qualitate. Tempus autē cessandi a fricatione est cum mēbra senum rubere incipiunt et aliquantulum dolere. Nec est malū circa finem fricationis inungi manus oleo oliuarū dulci vel amigdarum: dulcium: vt mēbrorum senū siccitas aliquantulum temperetur et calidum naturale in eisdem cōseruetur. Laudo hanc fricationem fieri stomacho ieiuno ante cibum et exercitium et eligatur locus temperatus et hora naturaliter temperata vel artificialiter. Et qui nō possunt exerceri propter mem-

Fricatio.

bronum debilitatem vel propter aliquam causam in rebus mūdānis sup-
pleant fricationibus et balneis fricentur qualibet die nō solum fricatio-
ne. Preparante ad exercitium sed supplēte vicem exercitij. Et balneantur
quater in mēse balneo humectante et calore naturalē confortante et sicci- De bal-
tatem mēbrorum obtēperāte. Talia nō sunt balnea sulphurea vel alumi- neo
nosa: nec vniuersaliter sapiētia naturā similiūz farmacoꝝ sed sunt aque
dulces in quibus apponi laudo camomillā et vtrūq; sticados et bisimalnā
quidem ad mēbrorum siccitatē sticados et camomillā q: mēbra confortāt
et lassitudinem remouēt. Et bene laudo q: circa finē balnei fricentur eoz
mēbra vt sordes eoz remoueantur si que sint. Et inde fricentur inunctis
manibus oleo oliuaz et amigdalaz dulcium vt post balneum mēbra res-
maneant humidiora. Terminus balneationis et exitus initium est cū digi-
torum pulpe incipiūt aliquāliter exasperari. Et in hoc multum dicitur cō-
siderari hominis delectatio. nam quidā citius balneatione attediantur
quidam tardius. De alijs cōsiderationibus circa fricationem et balneum
transio: q: de hoc inferius in quarta parte huius operis patebit. Senes
qui adhuc habent mēbra fortia et ad exercitiū bene apta nō balneo a deo
sepe nec fricatione assuescere debent. Nam balneum et fricatio pro magna
parte vtilitatis ad expulsiōē ordinantur superfluitatum tertie digestio-
nis et caloris naturalis confortatiōē et mēbrorum interiorum euacuatio-
nem ad que omnia exercitium ordinatum modo debito plus valet. Dem-
bra senum debilia exercitari nō debent: ne ampliorem incurrant debilita- Senes de
tes: secus est in adolescentibus in quibus membra debilia naturaliter ex- biles exer-
ercitantur amplius vt maiora et fortia fiant: et hoc quia adolescentiūz vir citari nō
tutes conualescunt: et senum corpora sunt decidentia vnde nulla spes est debent.
est de membrorum debiliū naturaliter fortificatione per exercitiū ap-
ta debent plus exercitari non ad virtutis mēbrorum augmentum: sed ad
residui vite conseruationem. Unde si membra superiora sint debilia: et in-
feriora fortia: exercitentur magis inferiora. Sed vniuersaliter ceteris pa-
ribus senes minori exercitio et debilitatione indigent q: adolescentes vel
iuuenes: vnde fortioribus exercitijs nō sunt apti cuiusmodi sunt hastili-
dia: torneamenta: et itinera longa: cursus et luctamina et similia his. Non
enim sunt vires in senectute. Unde hec etas vacare debet his que sine vi-
ribus sustineri possunt: puta plilijs auctoritatibus et sententijs que in se-
nibus augeri cōsueuerunt: et nō his qui viribus corporis fiunt que ad eta-
tem spectant priorem. Non enim viribus corporalibus quibus prior indi-
get etas res magne geruntur.

Capitulum quartum de regu-
lis sumptis a lapsu naturali.



Uoliam in precedenti capitulo posui re-
gulas regiminis temperati siue sani a generatione
a quo nō parum differunt egra corpora a generatio-
ne que respectu temperati sunt malarūz complexio-
num. Uolumus in hoc capitulo ponere regulas regi-
minis sanitatis malarum complexionum: non acci-
dentalium sed naturalium. Sunt enim quidam q: a
principio generationis calidiores sunt vltra tempe-
b ij

Secunda

De regimi ramentis humane complexionis: alij frigidiores: et in alijs qualitatibus
ne malay tam simplicibus q̄ compositis excedentes quarum complexionū necesse
comple est vt sit aliud regimē conseruatiuum vel curatiuum. Nec est nostra intē
tionum. tio loqui de parum lapsis: q̄ talium regimen sufficiēter haberi potest ex
his que dicta sunt de regimine temperate complexionis: et ex his que pos
stea dicentur de multum lapsis. Sed in isto capitulo intēdimus de corpo
ribus multū lapsis cuiusmodi sunt sanguinei: colerici: fleumatici: et melā
colici. De complexionē sanguinea. Primo loquamur de regimine sāgui
nee complexionis. Est em̄ complexio minus mala et minus distans a tem
perata complexionē: immo quidam dixerūt hanc cōplexionem esse tēpe
ratam. s. calidam et humidam cuiusmodi est sanguinea: quod vtriq̄ verum
est respectu temperamenti ponderis. Unde homo tēperatissimus labitur
in calido et humido a ponderis temperamēto: et sic intellexerūt antiquorū
quidam complexionem humanā etiam in tota natura esse calidam et hu
midam. Sed complexio calida et humida respectu temperamenti ad iusti
ciam: puta respectu hominis temperatissimi nō est temperata sed lapsa:
et huiusmodi est complexio naturalis: immo habens hanc complexionē
patitur a cachochymicis egritudinib⁹ vniuersaliter ab omnibus egritudi
nibus quarum causa est putrefactio et humorū plenitudo et opilatio et spe
cialiter multitudo sanguinis. In tali em̄ cōplexione cōsuevit multiplica
ri sanguis ppter quod indiget fleuborhomia vel ventosa propter sangui
nis euacuationem et specialiter cū regimen habentium hanc complexionē
in reliquis nō est equale. Nec fleuborhomia fienda est in virtute: etate: et
ceteris particularibus permittētibus: in tempore veris in principio vel
in fine. In principio vbi dubitamus de egritudinibus ex sanguinis mul
titudine vt plurimū contingentibus. nam hoc tempus morbo assimilat
ex repletionē. In fine cum dubitamus de egritudinib⁹ ex sanguinis acui
tate vt plurimum cōtingentibus. Et ex hoc concluditur fleuborhomiā
in veris principio fiendam esse maiorem et in fine minorem. De venis fleu
borhomiadis et de qualitatibus et quātitatibus sanguinis cognitione et de cōfi
derationibus circa fleuborhomiā obseruādis transeo: q̄ per dei gratiā
de hoc fiet vnum capitulum speciale. Non solum hec complexio indiget
fleuborhomiā: sed etiam farmacia: nō ad sanguinis euacuationem: s; mū
dificationem et enūrationem. Medicine ad hoc conuenientes sunt leues
et benedictę puta agaricus qui est medicina familiaris turbat: cartamus
vt testatur auerrois. posuerūt medici experti multas bonas medicinas
sanguinis mundificatiuas puta cassia fistulam pruna mannam tamarin
dum violas serum caprinum: boraginē mirabolanos: et multa similia q̄
in tabulis salernitanis est videre. Omnes enim medicine sanguinē mū
dificantes vel sunt euacuantes fleuma quod est sanguis coctus imperfe
cte vel indigestus: vel melancoliam ex sanguinis grossiori per viam ebulli
tionis generatam vel coleram ex subtiliori sanguinis per viam ebullitio
nis generatam. Nam cum sanguis ebullit quod subtile est ipsius conuerti
tur ad coleram innaturalem que omnino a corpore euacuanda est et quod
grossius est in melācoliaz pueritur innaturales. Et similiter cū sanguis
digeri nō possit cōuertitur in quoddam fleuma quod nō est natum nutrire
corpus. Unde medicine euacuantes hos humores predictos: sanguinis
mundificationē ab autoribus nominātur. Non em̄ debemus vti medicina

enacuante sanguine in sua puritate. Unde si nō peccet sanguis in quali-
tate et substantia sed solum in quātitate nō est adhibenda farmacia. Unde
haly refert q galienus ordinauit hoīem interfici qui inuenit medicinam
sanguinis euacuatiua oculis coopertis ne eandē medicinā alium docere
posset. Unde oīno inartificiale est medicinā sanguinis purgatiuā exhibe-
re nisi modo predicto. Nō sic est de humorib⁹ alijs a sanguine: q stātes in
sua puritate quo ad substantiā et qualitatem: peccantes tamen in quāti-
tate debent per medicinā farmacam euacuari eisdem appropriatā. Ex his
patet in quo differūt medicine sanguinis mundificatiue a medicinis eua-
cuatiuis ceterorum humorū. Nam medicine euacuatiue aliorū humorū a
sanguine respiciūt humoris illos vt distinctos a sanguine peccantes in
qualitate quātitate vel substantia: sed medicine mūdificatiue sanguinis
respiciunt eosdem et sanguinē vt deficientes a sanguinis pfectione vel p-
pter diminutionem caloris vt in fleumate: vel ppter excessum nō vltima-
tum caloris: vt in colera: vel propter excessum vltimatum caloris: vt in
melancolia. Non etiam multum a veritate remotum est q aliqua me-
lancolie species ex sanguine generetur a frigido cuius melancolie me-
dicine euacuatiua etiā vocabitur sanguinis mūdificatiua. Differūt pre-
terea medicine mūdificatiue sanguinē a medicinis euacuatiuis aliorū hu-
morū a sanguine in hoc q medicine sanguinē mūdificatiue sunt beni-
gniores et minus periculose: vnde sunt quasi quedā medicine benedictę: s-
sic nō est de medicinis euacuatiuis aliorū humorū a sanguine vt a sangui-
ne distinguuntur. Unde in tabulis illoz de salerno vbi ponūtur medicine
sanguinis mūdificatiue solum ponūtur leues et benedictę cuiusmodi sūt
medicine superius noīate quarum quedā mūdificant sanguinē fleuma-
ticum quedā colericum quedā melancolicum. Medicine aut euacuantes
alios humores distinctos a sanguine sunt fortiores et magis periculose:
quod eo contingit: q tales humores sunt minus nature obediētes: quan-
to em aliquis humor magis distat a sanguine tanto magis est nature ini-
micus si quidē sanguis nature est familiaris amicus. Dicam⁹ igitur q ta-
lis cōplexio calida et humida indiget medicina sanguinis mundificatiua:
sed de modo exhibitionis talium medicinarū et similium transeo: qā
de istis fiet vnum capitulū. Hec cōplexio cōsuevit multiplicare super-
fluitates et specialiter tertie digestionis quapropter eas habētes indigēt
exercitio veloci et forti ad predictarū supfluitatum expulsionē ex quibus
posset opilatio generari et per cōsequens putrefactio in corporibus pueni-
re. Regulas in exercitio obseruandas inferius ponā in vno capitulo specia-
li. Eadem ratione indigēt fricatione multa et forti et q balneantur stoma-
cho ieiuno bis ter in ebdomada vel ad minus semel. Et oportet stoma-
chum habentium talem cōplexionem intueri. Nam si ipsius cōplexio ad
malum verteretur: humores toti⁹ corporis ad malū declinarent. Nam er-
ror notabilis in prima digestionē nō corrigitur in scda. Amplius q hec cō-
plexio est parata putrefactioni humorū bonū est vt his vtatur que putre-
factioni resistunt: cuiusmodi sunt frigida: sicca: nō viscosa: nō pingua: nō
dulcia: nō passibilia in substantia: nō participantia caliditate extranea: nō
vaporosa cuiusmodi sunt fructus vaporosi et specialiter virides et recētes
puta ficus: vne: amigdala: et similia. Similiter lacticia et specialiter res-
centia et vina dulcia et carnes humide et calide: et vinctuose puta carnes mu-

Medici-
na euacu-
atiua san-
guis non
est tribue-
da.

Differen-
tia inter
medicinā
mundifi-
catiuam
et euacua-
tiuam.

Sanguis
est amic⁹
nature

Secunda

tonine: et idem intelligat in alijs. Talis complexio minus leditur a ieiunio unde forsan sufficit habentibus hanc complexionem comedere in tribus diebus quater. Hec complexio in actibus coitus sufficiens est alijs et minus leditur a coitu. Regule in usu coitus inferius dicetur. Hec complexio minus leditur a vigilia inter omnes complexionem plus a somno grauiatur et ergo plus alijs debet vigilare et minus dormire. Plus autem conuenit ei irasci et minus gaudere: similiter tristari quam alijs complexionibus. Non conuenit ei uti cibis plurimi nutrimenti sed pauci et boni. Et de hoc inferius apparebit in speciali capitulo. Hec complexio consuevit in reumate abundare: unde bonum est materiam reumatis interdum per sternutationes et interdum per gargarismata conuenientia euacuare precedentibus purgationibus vniuersalibus. Mastix et saxifraga sunt appropriata multum in reumatis mundificatione gargarizando vel masticoando vel sternutando. Hec etiam complexio satis parata est opilationibus venarum. Abstineant ergo habentes hanc complexionem a cibarijs et potibus opilationem inducentibus: et vniuersaliter ab omnibus a quibus opilatio potest provenire. Unde vitare debent cibaria dulcia vinctuosa grossa et etiam potus turbidos grossos et dulces: debent etiam vitare balnea post cibum et exercitium forte et coire et multum bibere: sunt enim causatiua descensus cibi a stomacho ante perfectam eius digestionem: et ideo talis cibus veniens ad venas causat opilationes in eisdem. Hec sufficiant de illa complexione.

De complexione colerica.

Complexio colerica calida de natu. ignis



Consequenter dicemus de complexione calida

et sicca. Habentes enim hanc complexionem parati sunt cadere in febres inflammatorias et specialiter in temporibus calidis unde laudo quod temporibus calidis utantur orizacara simplicium cum syrupo violarum vel nenufaris. Et rationabile est ut predicti syrupi aromatizentur cum aliquanto spice vel cinamomine predicti syrupi aliquantulum stomachum debilitet. Amplius aqua hordei in temporibus calidis est conueniens eis. Laudo quod predicti syrupi recipiantur cum decoctione quorundam seminum depilantium cuiusmodi est semen melonis cucurbitae citruli scariole apij. Et quia hec complexio solet in colera abundare: et specialiter temporibus calidis indiget euacuationibus coleram cuiusmodi est reubarbarum scamonea correctra mirabolani citrini: cassia fistula: thamarindi et similia. Huiusmodi complexionis regimen dicitur esse declinans ad frigida et humida: quia parata est cadere in egritudines colericas calidas et siccas. Est autem complexio hec ad senectutem parata ratione siccitatis: quapropter indiget humectantibus et senectuti resistentibus: cuiusmodi sunt cibi laudabiles gallinarum: pullosum: et gallorum inuenerum: et extremitates porcorum: et carnes vitulorum: et omnia laudabilia odorifera non fumosa nec acuta sufficienter subtilia. Et omnium velocis et subiti nutrimenti est vinum. Balneum aque dulcis est ei conueniens similiter somnus: debet fugere vigilias et labores inordinatos mentis et corporis. Unde hec complexio minus indiget exercitijs fortibus et plus leditur a ieiunijs. Unde habentes hanc complexionem cibandi sunt bis in die naturali: nec debent cibi eorum esse valde subriles et passibiles nec dulces. Nam tales cibi cum percipiuntur a calore forti in coleram conuertuntur:

Regimen in senectute.

De vino. De balneo.

sed debent
a coitu in
ad ipsum fer
et specialit
nis conuen

tuturum
dis. Carnes
inueniunt
et dicunt de
aquarum de
nocium esse
Et inter alio
ratione med
med comode
aquarum cer
hec complex
matis euac
litter in hy
pauis erg
cum decoct
pollipodii
thamarindi
est potens
multo citius
plenius qu
lia vel natu
nec vigilia

sed debent esse cibi eorum fortioris digestionis. Hec complexio leditur a coitu inordinato: et est minus indigens quibus propter caliditatem magis ad ipsum sit inclinata. Hec etiam complexio minus indiget fleubor hominis et specialiter propter euacuationem: tamen bene indiget propter sanguinis euacuationem.

De complexione fleumatica.



Consequenter dicamus regimen complexionis frigide et humide. Regimen habentium hanc complexionem debet esse declinans ad calidum et siccum: cuiusmodi est panis triticeus bene fermentatus cum aliqua salis quantitate. Et si addatur semine anisi: feniculi: et cimini erit panis magis appropriatus. Carnes volatilium paruum: perdici: turturum et colubarum iuuenum et paruum vitulorum sunt convenientes eis. Carnes autem porcine et vituline non convenient eis. Carnes gallorum iuuenum eis sunt convenientes: et omnes carnes facili digestionis ad calidum et siccum declinantes: et specialiter tempore frigido. Pisces et specialiter aquarum dulcium maxime inimicantur eis. Unde pisces marini sunt minus nocini eis: et laudo quod decoquantur in vino cum seminibus calidis diureticis. Et inter alios pisces approbo ostreas et molas in dicta complexione. Hec maxime indiget exercitio et minus leditur a ieiunio: unde sufficit in die semel comedere. Nec debent eius cibi esse fortis digestionis: nec sit potus et aqua vel ceruisia sed vini forte: odoriferum in substantia et actione subtile. Hec complexio parum fleubor hominis indiget: sed magis indiget farmacia fleumatis euacuata: consuevit enim hec complexio fleuma multiplicare et specialiter in hyeme. Unde circa principium veris bonum est purgare fleuma. Primo ergo digeratur cum oximelle simplici vel diuretico vel squillitico vel cum decoctione yfopi: deinde purgetur cum dyaturbith vel cum decoctione pollipodii et mirabolano et lebolo et semine cartami in quo temperentur turbiti: agaricus et zinziber. Hec complexio minus leditur a coitu: quia in eo satis est potens quibus parum appetat propter defectum calidi: unde totalis dimissio coitus in ea multum nociva est. Stupha est convenientior huic complexioni quam balneum aque dulcis: balnea tamen aque sulphuree artificia vel naturalia sunt et convenientia. Sic etiam in hac complexione conuenit vigilia: et somnus superfluum et precipue diurnus maxime nocet.

Flegmatica complexio frigida et humida.

De carnibus

De piscibus.

Purgatio

Stupha.

De melancolica complexione.



Complexio frigida et sicca ceteris est deterior et ad senectutem paratio: indiget ergo regimen calefaciente et humectante in cibis et potibus et alijs. Panis igitur habentium hanc complexionem sit triticeus sine sale cum parua quantitate fermenti: et sit panis satis mollior. Carnes eorum sint calide et humide: cuiusmodi sunt carnes castrati et caponum antiquorum et iuuenum.

Complexio melancolica frigida et sicca

Unum etiam odoriferum et subtile est de his que maxime conueniunt huic complexioni. Indiget etiam fricatione temperata et exercitio temperato et balneo aque dulcis. Hec complexio indiget longo somno. Coitus est maxime huic complexioni nocivus: quia coitus infrigidat

Secunda

et desiccat et similiter tristitia et ira. Hec complexio quæ sicca indiget in refectionibus tempore breui: unde ieiunium nocet ei. Non indiget cibis fortis digestionis: quæ calidum innatum est debile: quare etiam non potest sustinere multam cibi quantitatem: unde minus de cibo sufficit ei quam alijs complexionibus: sed debet ad minus cibari bis in die. Fleuor homia in hac complexione nocet sed conuertit in pharmaciam melancholicam euacuatiua. Medicinæ autem ad hoc valentes sunt mirabolani indi: polipodij: lapis lazuli: folliculi sene: flores vtriusque buglossæ: et multa similia. Debet autem precedere digestiui humoris melancholici: ut bora go: buglossa: thymus: epithymus: scolopendria maior et minor cappares: thamaris: psidia: vinum odoriferum: lupulus cuscuta: et similia. Fiat hæc purgatio in principio veris vel in fine estatis. Hec sufficiant de regimine totalis lapsus a vero temperamento iusticiæ li. Quid autem sit de regimine lapsus in singulis membris apparebit inferius.

Euacuan-
tia melan-
colia.

Capitulum quintum de regu- lis sumptis ab habitudine.



In eodem regimine indigent pingues naturaliter plus quam requirat humane complexionis temperamentum et naturaliter macilenti. Sunt enim quidam qui ex totali complexionis et compositione sunt macilenti magis quam requirat habitudinis temperamentum in humana specie quod tam ex siccitate complexionis quam ex caliditate membrorum tertie digestionis: et similiter aliorum membrorum contingere puenit. Potest præterea talis macies puenire ex debilitate membrorum tertie digestionis: siue ex parte compositionis siue ex parte complexionis: ratione cuius debilitatis: vel membra non attrahunt alimentum: vel alimentum tractum non possunt digerere. et sic membra extenuantur. Quibusdam hominibus contingit quod eorum membra fortia sunt in attrahendo: et tamen non impinguantur sed manent naturaliter macilenta quod est ex caloris fortitudine resoluētis: et ex virtutis conuersiue membrorum debilitate restaurationis membrorum. Sunt enim forte membra inabilia ut a cibo restaurentur propter eorum duriciem: et siccitatem ut in membris melancholicis est videre. vel propter fortem consumptionem: ut in colericis in quibus calidus est acutus et consumptiuus: unde quod deberet vel posset in membra conuer- ti a forti calore ante conuersionem consumitur. Ex dictis haberi potest quod sunt cause supflue pinguedinis. Nam quæ oppositorum naturaliter oppositæ sunt cause: humiditas membrorum cum caliditate obtusa: et conuersiue fortitudo et digestiue membrorum et abilitas restaurationis ex parte molliciei et raritatis sunt cause pinguedinis naturalis siue multe carnositatis. Differunt autem carnositas et pinguedo: eo quod pinguedo est a frigido et humido: nec arguit fortitudinem conuersiue sed solum digestiue prime et secunde. Carnositas autem arguit caliditatem et humiditatem et sanguinis multitudinem et digestiue membrorum interiorum et exteriorum bonitatem et conuersiue similiter et restaurationem eandem: unde carnositas minus vituperabilis est quam pinguedo.

De macie.

Gali. ij. cõ-
plexionuz
et. iij. de
accidēti et
morbo

De impinguando macrum.



S ergo aliquis homo naturaliter sit exte-
nuatus per carnis et pinguedinis prauatione: debet
vri calefacientibus et humectantibus et cibis multi
nutrimenti facili digestionis et conuersionis: et debet
confortare membra tertie digestionis et ea preparare vt
alimentum melius attrahant et digerant: retineant et
conuertant: et debet vti hijs que siccitati resistunt et
resolutioni cum magna causa extenuationis sit resolu-

lutio fortis. Conueniens est ei qui vult pinguedinem sui corporis seruare:
abstinere a falsis: acutis: acetosis et pinguibus: nisi forte vratur hijs loco
saporis vt melioraretur appetitus. Unde triticum coctum oua sorbilia: et
pultes sorbiles de farina frumenti: similiter triticum nutritum cum lacte.
Zac: caseus recens amigdala fistici pinee auellane vne galline pulli colub
barum pinguium assatarum vel pastillatarum: similiter bonum vinum: leti
cium vti et gaudium: parum vti minutione et purgatione: balneare post cibum con
pleta prima digestionem: parum famescere: multum comedere: parum bibere
et specialiter vina fortia: parum irasci: sollicitari aut tristari aut coire: ex
ercitium temperatum: fricatio temperata: et omnia discia et vinctuosa cor
pus impinguat. Si quis cupit membrorum tertie digestionis virtutem at
tractiuam et digestiuam confortare: oportunitum est ante introitum balnei
membra primo moderate fricare: deinde fortius: postea pice emplastrari:
deinde moderate exercitari: et vltimo absque tarditate balneari: deinde sic
cis manibus ericari: postea inungi pauco oleo oliuarum camomillino vel
anetino: deinde cibari cibo conuenienti. Et si eras consuetudo et complexio p
mittant fundat super membra sua frigidam aquam in exitu balnei. Finis
autem fricationis que ante emplastrum premititur est vt inflatio non in
cipiat consumi. Amplius bene scias quod verberare corpora cum virgulis quo
usque rubeant eorum carnes calorem ipsorum confortat ad attrahendum et di
gerendum et ad perfectius conuertendum nutrimentum attractum. Et lau
damus vt virgule inungantur oleo oliuarum. Nunc ponatur vinum antido
tum bonum ad illos qui volunt impinguari. Sumantur amigdale exortica
te et auellane: semine papaueris albi granum viride ex quo fit terebentina:
et exoluantur omnia in butyro vaccino et zuccaro: de quo mane et sero pa
rum comedatur et superbibatur vinum bonum. Nec sufficiant de impin
guando mactum.

Digestiue
confor.

Bali. de
regimine
sanita.

Verbera
tio de vir
gis pro
dest
Antidotu
impigna

De macrefaciendo pinguem.



A ex predictis satis haberi potest quale de
bet esse regimen pinguium excessiue. Comedant namque ciba
ria pauci nutrimenti et magne quantitatatis et citi descen
sus: et frequenter balneant antequam comedant et frequenter
et festinus sit eis exercitium: et inungantur oleis resoluen
tibus: et vratur trifera minori et electuario: de laca
interdum tyriaca. Dimittant carnes et vinum et lac et omnia
dulcia. Plurimum vrantur oleribus falsis acutis aceto
sis: et larga ventris solutione vratur vinum et sudorem prouocent: et labore
multo et veloci vratur antequam comedant et famem tolerant. Amplius disponant
se ad comedendum semel in die et diu vigilent et vinum bibant vetus et subris

Secunda.

Quatuor
ptes prin
cipales
corporis



Quia regio corporis humani in quatuor partes est diuisa q̄rū prima est regio virtutū animalium: puta cerebri et mēbra adiacētia. Secūda est regio virtutis vitalis: vt puta cor et pulmo. Tercia est virtutis naturalis: puta stomachus splen:epar et intestina. Quarta est virtutis generatiue: puta testiculi et mēbrū virile in viris et matris et collū matricis in mulieribus. Et quia haec mēbra sunt diuersarū cōplexionū: compositionū et op

ationū utiq; indigēt diuerso regimine. Et incipiem⁹ primo a capite et dice-
mus de cōseruatione cutis capitis et capillorū in ea situatoz: deinde dice-
mus de cerebro et alijs mēbris sibi adiacentibus: deinde de nutritiis et
imo de generatiis. Et vltim⁹ nos addem⁹ regimē mēbrozū exteriōz toti⁹
corpi et cutis omniū musculorū siue totius corpi preterq; capitis de qua
rimus faciemus mentionem.

De cōseruatione cutis capitis et capillorum.

Quod cutem capitis ab vlcere et scabie preseruat
est si cū balneari volueris primū ipsum cū melle muneris: et **Lorio cap-**
idē facit sapo pcpue i hyeme si eā pdicto modo. vixeris. Nec **pitis.**
aliquo modo lorio capitis est negligenda quin sit ad minus
bis in mense vel in duob⁹ mētib⁹ rex: deinde effunde aquā me-
iocriter calidam super caput: et pluries anteq; a vapore calido balnei cas-
efiat. Et hoc est quod quidam sapiens cuidā regi precepit. Cū balneari vo-
ueris primo infunde septies aquam calidā super tuū caput et sic dolores **Baldenz.**
capitis non timebis: pectines qualibet die caput cū pectine eburneo: et se-
pe: quoniam poros aperit et vapores ad superiora enaporare facit. Et si capil-
li debiles fuerint et exiles lauentur cū licinio ex cineribus oliuarū facto et
litiniū ex aqua decoctionis capillorū vengeris: et edere arborē et terrestres
Amplius fricare radices capillorū cū oleo anetino masticino et oliuaz eos
multiplicat et cōseruat et caniciē retardat. Amplius puluis lazuli mirabi-
em habet proprietatem in cōseruando palpebrarū pilos. Amplius deco-
tio bletaz in vino cōseruat pilos barbe: et specialiter si lorio fiat post ra-
uram immolotio ex vino simplici aliquid valet. Amplius frequens bar-
e ablutio cum aqua frigida eius caniciem retardat et prohibet depilati-
nem. Et in hoc omnes antiqui concordati sunt: q; mirabolani lebuli cō-
iti caniciem retardant et capillorum colorem et specialiter nigrum cōser-
uant: et hoc plurimum expertum est.

De cerebro.

Sanitas cerebri cōseruatur cum fumigati-
onibus et odoramentis specierū aromaticaz: cuiusmo-
di sunt lignum aloes et ambra et herbe odorifere: puta
maiorana: balsamita: balsamū: viola sarracēica et si-
milis. Nec enim cerebrum confortant et reuma prohibe-
bent et dolorē emigranē curāt: et hec specialiter con-
pet sūt in hyeme: sed in estate fiant suffumigatiōes ex
odoriferis reb⁹ frigidis puta ex rosis sandalis et simili-
bus: et in via cibi competunt pulli et agni iuuenes decocti modica aqua.
Cōseruant enim cerebri sanitatem et augent ipsius virtutem. Et sicut di-
xit aristoteles comedere paruos pullos augmentat et confortat cerebrum
eius sensus cōseruat: sed comedere grossos pullos siue gallos confortat
cerebrum et acuit visum et precipue cerebrum galloz veterū siue turtu-
ūz mirabiliter acuit intellectū. Preterea suffumigerur caput super fumū
ique decoctionis camomale: sticados et mentastri. Amplius sternutatio-
nes in ieiunio facte cerebrum purgant: et hebetudinem sensuum remo-
uent. Nam vt dicit magnus auen⁹ zoar sternutationes deopilant cere-
brum et ingrossant collum: mundificāt faciem: confortant sensus canis-
Sternu-
ratio.

Secunda

ciem retardant: et dissoluunt fumositates inclusas in cerebro. Non est ergo sternutatio negligenda. In hyeme puocetur a calidis: et in estate frigidis vel temperatis. Potest etiam sternutatio puocari aspectu radiorum solis.

De confes- De rebus maxime conferentibus cerebro sunt: thus: achorus: spica: strica
rentib' ce- dos: maiorana: mirabolani et specialiter kebuli et similia multa que in a
reb'. reolis medicinarum facile est inuenire. Quod autem maxime nocet cere
Indige- bro est indigestio et digestiois corruptio. Nec enim radix est omnium egrit
stio radix tudinum. Que autem plus intellectum purificant: sunt gaudium cordis
omniū e- leticia et tranquillitas. Dicit enim quidam sapiens quod gaudium et leticia d
gritudinis seruiunt intellectui.

De oculis.



Sanitas oculorum conseruatur si quis ab
stineat a cena nocturna et ne statim dormiat stomachi
pleno. Consequenter vti puluere cuius recepta sequi
tur. Recipe seminis feniculi partem vnam eufrasiae mi
noris partem seminis maiorane: fileris montani an. par
tem vnam zucari albi partem vnam et seminis fiat pul
uis. Usus istius pulueris omnibus modis visum con
seruat et confortat. Amplius suffumigare oculos su

pra fulsum aque calide decoctionis feniculi oculos mundificat a viscosi
tate grossa. Et potest illa decoctio fieri ex vino albo et aqua: et potest addi
in illa decoctione eufrasia: ruta: verbenae: et celidonia: et hoc multum sepe
per me expertum est. Aspectus viridum visum confortat: et inter albus et
nigrum coloratus: ita quod sit color ad membrum declinans: quanto enim co
lor magis a medio distat tanto magis debilitat siue minus confortat vi
sum. Amplius si intueatur aqua frigida in pelui coloris viridis: et in eadem
oculi submergantur continue paruo temporis intervallo organum oculi
rum fortificat: et conseruat ipsis existentibus sub latitudine sanitatis. Ne
loquimur enim in hoc opere de regimine egrorum sed sanorum. Usus tui
turum et animum paruarum visum confortat: similiter feniculus quocumque
modo sumatur. Utamur ergo crudo et cocto. Nichil adeo visui nocet sicut
somnia cum stomachi replectione: et specialiter diurnus. Et idem intelli
gatur de coitu: Amplius omnia genera acruminum: sicut allea: cepe: et simi
lia visum debilitant. Et similiter nasturcium: lactuca: acetum: caules: et
omnia vaporosa: et specialiter sero visum debilitant et offuscant. Et veri si
militer suspecti de oculorum infirmitate seu debilitate abstineant a salis
vaporosis: acetosis: acutis pungitiuis. Caueant etiam a frigore: puluere et
fumo: et specialiter carbonum precipue marmorum et metallorum et argen
ti viui Et similiter a vento. Et oportet ut minoretur aspectus in litteris mi
nutis nisi interdum ad exercitium oculorum. Amplius fletus vomitus:
balneum nocent oculis. Napi siue rape mirabilem habent proprietatem in
confortando visum. Amplius visus mirabolanzum conditorum summe
visum conseruat et fortificat. Super omnia procuretur lenitio ventris. Nec
enim maxime visum confortat et conseruat. De lenitione ventris inferius
apparebit in capitulo de farmacia siue ventris lenitione. Quod purissime
visum conseruat et oculos corroborat et a grossa viscositate mundificat est
linire palpebras oculorum cum licio distemperato cum aqua feniculi.

Son' no-
cer.

Conforta-
tia visum

De auribus.



Scunt quidam q acetum forte tepidum gut- Anditum
ratim in ieiunio auribus instillatum plus ceteris medi confortat
caminibus auditui confert: q auditus instrumentu cō-
fortat et prohibet fluxum reumatis ne ad ipm de cerebro
descendat. Et si sit in ipo aceto succus memithe et demu
auribus instilletur tūc erit in operatione sua: tūc enim
optime meatum mūdificat aurium a supfluitatib' gros
sis ipm opilantibus que interdū auditum grauāt: et in auribus diuersas
egritudines generāt. Amplius oleum amigdalay amararuz et nucleorum
perficorum aurib' instillatum tepidum meatus aperit et cōfortat. Sūmo
opere cauendū est ab omni tumultu omniqz strepitu molēdini vel aqua-
rum ab alto cadentium: quoniam adeo auditū ledunt vt vir vor socij pos
sit audiri. Et dicūt medici q illud quod pre ceteris auditū conseruat et
preseruatur est suffumigare aurē supra fumū aque calide. et si in ipa bulierit
absinthijz vel pulegiū vtile erit. Cauendū est preterea ne quis balneetur
in aqua lutosā et immūda ne aures ingrediens immundet et opilet.

De odoratu



Uod sanitatem odoratus cōseruat est mū-
dificare nares studiose a grossa viscositate vt in ipsis
nihil de ipa maneat. Nam hec manēs in naribus feto
rem generat et olfactū corrūpit. Caueat quis ab omi fe
tore et maxime in angustis et pfundis habitaculis opa
cum et corruptū aerē habentib' in quib' sol intrare nō
potest vt ipos vapores corruptos cōsumere possit et
aerem ab ipis mūdificare. Nam ex corruptione aeris
corrūpuntur spūs animales. Et assuetus fetore adeo leditur q in fetoris
absentia olfactus assueti fetore corrupt' fetorez sentire nō cessat. Ideoqz
odorem rez redolentiū ex assuefactione mala nō pōt sentire. Nam necesse
est q assuefaciat odorare redolētia: et specialiter per suffumigationē rez
redolentiū ex aromaticarum: puta ligni aloes ambre et boni cinamomi
et odor specialiter musti ad conseruandū spiritum animale.

Corruptō
aeris mul
tus nocet
Aromaticis
ca psumt.

De ore



S sanum cōseruabitur si ante comestione
et post cū aqua calida abluat: hoc em mūdificat et hu
miditates gingiuay a capite descendētes aufert et de
ficcat. Et dixerūt quidā sapientū q dentifriciū factū
cū puluere garisiloz nucis muscate et spicenardi qua
libet die in ieiunio fetorez oris remouet. Si dissoluat
aliquantulū mastice in oleo rosato: et inūgatur pal
latum confortat cōseruat ipm. Caput leporis combu
stum pulueruatū valet contra cancrum gingiuarum et palati.

Dentificiū

De lingua.

Secunda

Nuces nō
profunt



Lingue sanitas conseruatur cuz ablutione facta in ieiuno z cū mellis fricatōne z zinziberis puluere. Nec em̃ linguā attenuāt z eius grauitatē remouent. Amplius aues parue in assatura vel pastillatura vel frictura valēt in grauedine lingue. Nuces lingue inimicantur vnde ab eis est abstinendū in sanitatis lingue cōseruatione. Caudes competunt in lingue grauedine comesti z masticati: vnde infantum accelerant locutionem z ambulationez. Confortant em̃ musculos z articulos. Amplius tenere in ore species aromaticas et specialiter in ieiuno: puta gariofolos: cubebas linguam a grauedine liberat z ad loquendū facilitatem dat z eius sanitates conseruat. Nec sufficiant de regimine sanitatis totius capitis.

De mery et canna pulmonis.

De vino.



Consequenter dicamus de regimine sanitatis mery z cāne pulmonis. Dicamus ergo q̃ mery et cāna pulmonis cōseruantur cū potu brodiū piguū gallinarum z carniū semianualis agni cum dulcib⁹ rebus coctarum z specialiter cū liquiricia. Et si cum predictis carnibus canliū summitates decoquantur erit laudabilis potus. Potus vini dulcis valet ad idē. Ossa mollia castratorū iuuenū multum cōpetunt in conseruatione mery z cāne pulmonis leniendo: cōfortando: mollificādo: et meatus pectoris elargando. Nō comedat quis ossa paruaū auium: pulorum perdicum: piscium spinosorum z similiū. Nō comedat carnes grossas q̃ vir digeri possunt. Abstineat a falsis acerosis z oleo aquatico. Nam hec om̃ia ledunt cānam z meri. Amplius oua mollia competunt in conseruatione dictarum parcium. Amplius liquiritia comesta z eius decoctio gargarisata z potata valent ad idem. Qui patitur casum vultu seu elongationē precare debz a vomitu z specialiter in ieiuno. Amplius q̃ desiderat conseruationem dictorum mēbrozū caueat a potibus frigidis actuali frigiditate: z specialiter aque frigide. Et hoc em̃ potu habētes talia mēbra debilia incurrere possent spasimū mery z per consequēs mortem ex defectu alimēti attracti. Nam mery mortificatum a frigido potu nequit esse mediū attrahēdi siue transgluciēdi. Hoc em̃ modo galie. vñū ex infirmis sinochum vel causonē patientem ex potu aque frigide morti tradidit: q̃ ipse nō puidit ei⁹ mery debilitatē z pplexionis ei⁹ frigiditatē.

Oua mol
lia.

Potus fri
gidus.

De pulmone.

zuccaria.



Lac capri
num

Lconseruantibus et confortantibus pulmonem sciendū q̃ cicera in alba zuccaria fracta mundata a cortice exteriori decocta cū lacte caprino vel cū butyro recenti pulmonem nutriunt z confortant. Ad idem valēt penidie z amigdale specialiter amare a cortice exteriori mundate. Amplius lac caprinum stomacho ieiuno ad idem valet. Et similiter cāna mellis et passule enucleate stomacho ieiuno. Salsa acetosa pūgrina acuta contra.

iantur pulmoni. Mirra sub lingua retenta pulmonē cōfortat si illō qđ cōfortāt
ex ea liquefit paulatine traiciat. Ampli⁹ succus caulii clarificat⁹ cū mel pulmonē
le trāsglutitus pulmonē confortat et pseruat: et vocem clarificat. Ampli⁹
pinee: amigdale: liquiricia multū mūdāta iuuant pulmonē et eius canna
les et pect⁹. Ampli⁹ vini nouū dulce coctū: et p decoctionē a subiecta fece
grossa depuratum plus ceteris pdest pulmoni et ei⁹ cānalibus: et superio⁹ Pulmo
ri cāne ante cibū sumptū et post cibum. Pulmo vulpis mirabilē habet p⁹ vulpis
prietatem in pulmonis hoīs pseruatione et cōfortatione. Ad idem valent
cancrī stuuiales et ostree terrestres et limatie sunt optime scdm qđ declara
ui in quodā tractatu quē composui de emoproica passione et pristi: si quis
videre voluerit videat: qđ volo me breuiter expedire.

De corde.



Consequēter dicamus de cordis pseruatione

et pfortatione. Et est sciendū qđ sumope fugiēda sunt ad
iram puocātia et angustia: qđ sicut testat sapiēs quidam
cor duos h⁹ nociuos hostes. s. desperationē et tristitiam.
Et desperatiōe puenit torpor et pigricia. Ex tristitia vero
senectutis festinatio. hec ergo duo genera multum cordi
nocēt: s. tristicie nocimentū maius est: qđ naturalē calozē extinguit et spi
ritus pfundat et cōpositionē cordis dissoluit et tandē interficit. H⁹is ergo
iram et tristitiā eas a corde suo expellat et leticie: gaudio: paci: exercitio de
lectabili et venationi cū anib⁹ venatorū intendat. Nam hec gaudiū leticiā
et audaciā generāt et aim pfortant. Utrū cibis subtilib⁹ puta carnib⁹ pullo
rum: colūbar: gallinay: perdicū: turturum: agnoz: capreoloz: et ceteris ci
bis subtilē sanguinē generantib⁹ puenit in cordis pseruatione. Amplius
euitādus est aer fetidus nebulosus impurus. Nō em̄ pōt spūs vitalis cō
seruari nisi cū attractione boni aeris et boni odoris: et ex hoc etiā cor pser
uatur. Vinū bonuz subtile odoriferū est de maxime pfortantib⁹ cor. Nihil
reperif qđ adeo pfortet cor et spm̄ et calozem naturalē euigilet sicut bonuz
vinum odoriferū et vetus moderate sumptū in estate mediocriter lymphatū
vinū em̄ sanguinē mundificat: et ei⁹ tenebrositatē remouet p̄cipue si cum
sonis et melodis sumat. Multum etiā iuuat sedere in locis amenis vtrū
ridarijs et pratis. s. vbi sunt herbe odorē delectabilē pducētes. Et in orto
vbi sūt cursus aquay ab alto cadentiū ad ima suauiter et sine magno stre
pitu. Strepitus em̄ ledit aim et auditū. Et dicūt sapiētes qđ audire instru
menta musicalia expellit ab aim strepitū et a corde tristitiā et stuporē. Sed
nota qđ dilectus soci⁹ et amicus bon⁹ et solatiofus narrationib⁹ et instrumē
toz delectationib⁹ supplet melodiā. Et vt sit vnū dicere virtus cordis cō
seruat subtilib⁹ cibis et pueniētibus: odore laudabili tranquillitate: gau
dio et dimissione eoz qđ tristari faciunt: et renouatione rez delectabiliū pu
ta vestitū et similiū et habitatione cū dilectis. Et nota qđ syrupus cōposit⁹
ex succo buglossay et seta cruda sūme pfortat. Nā hec sumpta sim
plicia vel pposita pfortant cor. Et est notandū diligēter qđ eoz qđ pfortant
cor: quedam sūt temperata vt iacinctus: aurum: argentū buglossa. Alia
sūt calida sicut duronicū: zedoar. musc⁹: ambra et seta cruda: et ambo ben:
crocus. Et gariofoli sunt mirabiles et lignū aloes crudum: et melissa et se
mē ei⁹ et cardomomū: cubebe: smaragdus et enula: mirabolani. Alia sunt
frigida puta margarita: carabe: camphora: corallus: sandali: et rosa et
c ij

Ira et tri
sticia mul
tum no
cent cordi

Confortā
tia cor
dis

Vinū bo
num

Amicus
bonus.

Secunda

spondum et lutum sigillatur. Et ex eis est coriandrum siccum et humidum sed usus coriandri inhibeo nisi ante prepararetur modo consuetudo: quia aliter habet naturam veneni. Amplius scias quod oua gallinarum mirabiliter confortant cor: generant enim sanguinem cordi proportionabilem: unde mirabiliter competunt in cordis seruatione et habentibus cor debile naturaliter.

De stomacho.



Sanitate stomachi totius corporis sanitas noscitur dispensari. Nam stomachus se habet in animalibus sicut radix in arboribus. Sicut enim a radice venit alimentum ad totam plantam: unde si radix non nutriatur tota planta arefcit: et si nutrimentum non sit planta non diu durat: sic etiam si stomachus non nutriatur et cibus in stomacho non digeratur totum corpus arefcit: et similiter si digestio corrumpatur in stomacho membra cetera non nutriuntur.

Error enim notabilis factus in prima digestionem non corrigitur in secunda nec in tertia: et sic alimentum est ineptum ad hoc ut convertatur in nutritum: et per consequens deficit vita. Et cum vita per alimentum consistat multum sollicitari debemus in custodienda stomachi sanitate. Ad custodiendam igitur stomachi sanitatem iubent quidem sapientum semel in mense vomitum prouocare cum aqua calida et aliquanto aceti. Hoc enim mundificat stomachum a supfluitatibus cibi et potus et humoribus malis. Amplius comedere vvas passas in ieiuno cum granis suis stomachum confortat et rectificat eius malam complexionem. Absinthium. et spica nardi in potu eum confortant et sanum eum conseruant. Emplastrum ex mastice ex ligno aloes confortat stomachum et eius malam complexionem rectificat. Amplius potus absinthij soluit stomachi duriciez et expellit ab ipso grossos fumos. Et volens conseruare stomachum vtatur cibo facto ex auibus sicut perdicibus: turturibus iuuenibus in aqua coctis. Caueat ne comedendo aquam frigidam bibat nisi forte in fine comestionis si fuerit ea asuetus et aliter non et parum bibat ex ea. Amplius syrupus rosatus aromatizatus cum ligno aloes stomacho prodest et sanitatem eius conseruat. Dicit aristoteles quod sumere in ieiuno drag. iij. electuarij de ligno aloes et reu barbaro confortat calorem stomachi et adiuuat digestionem: et eius officium a fleumate mundificat: pcurat appetitum ventositatem remouet. Et similiter aqua rosarii cum mastice et carnibus citoniorum rectificat stomachum. Amplius inunctio stomachi ex oleo de mastice digestionem eius et complexionem rectificat. Amplius multum approbo usum coriandri conditi in cuius condimento addatur ligni aloes drag. i. gariosilorum spice nardi sandali muscatelli an. drag. semis cinamomi electi: melani piperis an. drag. i. et se fiat puluis. Fiat ergo. iij. libe coriandri conditi et addatur predictus puluis: et emittent omnia lacticia et medulle et cerebella et maxie quadrupedum. Et vniuersaliter omnia iteriora magnorum animalium quadrupedum: vti tamen possunt cerebella gallo et gallinarum et ceterarum auium preterquam auium degentium in ripis aquarum. Pelliculla interior stomachi gallinarum mirabiles proprietatem habet in stomachi hominis conseruatione. Et scias quod omnes medicine et omnia facientia abominationem stomacho inimicantur. Amplius

Empla/
strum.

Aqua fri/
gida.
Syrupus

Ista no/
cent sto/
macho.

retentio fecus et ventositatis est de his que debilitat stomachum. Et coitus immoderatus maxime debilitat stomachum. Suspecti igitur de stomachi debilitate et passionibus eius contineant. Amplius vigilie immoderate summe debilitat stomachum etiam dimissio exercitii. Et vomit laboriosus debilitat stomachum imo ipsum et continuatio mortem inducit. Et hoc vidi per experientias arrame vomit non laboriosus est iuuatius et laudabilis ex parte purgationis. Amplius ex debilitantibus stomachum sunt ceruisia et vinum novum non defecatum. Et similiter potus inter duas comestiones digestionem stomachi adhuc non completa stomachum debilitat. Amplius scias quod mentis curiositas et ingenii sollicitudo sunt de his que maxime stomachum debilitat. Summe vitanda est repletio nausearum et multiplicatio ferculorum et eorum interruptio et similiter eorum difformitas et mese plangatio et mala masticatio et porus multiplicatio. Nec enim omnia digestionem corrumpunt et stomachum debilitant. Nec sufficiant de conseruatione sanitatis stomachi.

Ceruisia nocet.

De epate.



Consequenter dicamus de sanitatis epatis conseruatione. Dicam ergo quod decoctio reubarbari: reupō rici: absinthij: eupathorij rose et lacce administrata in ieiuno confortat epat debilitatum. Et similiter electuarium de lacca rosis. Et similiter comestio carniū subtilium laudabiliū puta piciū iuuenū et similiū cū cicerib⁹ decoctarū vel assatarū nō ad carbones sed cū aqua calida hec enim melior est assatura. Nā illa quod fit ad carbones nō enadit ab adustione vel siccitate nimia nisi custodiatur diligenter. Sed assatura quod super aqua fit calida equaliter et vniuersimiter fit: et ab adustione securatur. Que passe et ficus albe epar magnificat. Nā quoniam epar in dulcibus delectatur ideo facilius ea apperit et iuuatius. Et huius probatio est consequenter si anser vel gallina ficibus sit impinguata carnes eorum pingues erunt et humide et delectabiles et ius eorum delectabilissimum. Ficus vero et vne passe si comedentur in ieiuno epar deopilat et confortat et eius proplexione rectificat. Et similiter pulli parui modica aqua decocti in cibo sumpti epar conseruant et confortant. Amplius notandum quod vsus malorum granatorum dulcium et vuarum passerum magnificat epar et instantius eius malam complexionem rectificat quod comedentem ridere facit. Vinum etiam subtile in substantia moderate sumptum epar calefacit et deopilat et confortat et conseruat: et eius sanitas totum corpus in sanitate conseruat. Amplius scire debes quod intromittere cibum super cibum scilicet indigestum et error ordinis eius est ex rebus magis nociuis non solum epati sed etiam stomacho. Et similiter potare subito aqua frigida in ieiuno et post balneum coitum et exercitium quandoque producit ad infrigidationem vehementem epatis et ydropisim. Et si aqua frigida quis indigerit propter epatis inflammationem non recipiat eam solam sed cum aliquantulo vini ut non infigideretur vehementer. Nec traiciatur impetuose transglutiedo sed paulatim sugendo. Amplius scias quod omnia viscosa epati nocent ex parte qua faciunt accidere opilationem. Et ex eorum summa est frumētum non omne sed glutinosum. Et supposito quod bene digeratur in epate cauabit in membris sequentibus opilationem. Et similiter vinum dulce opilat epar et deopilat pulmonem. Quibus autem causa est quia vinum dulce non gradatim venit ad epar: ex eo quod epar multum diligit ipsum quia dulce et propter

Conforta
cia epar.

Usus gr
natorum ri
dere facit

Noctentia
epati.

Frumētū
glutinosū
opilat.

Secunda.

facile eius penetrationē qz potus ⁊ quia calidū quare nō moratur ea quā-
ritate qua separetur fex ab eo imo puenit ad epar cū grossitudine sua. In-
uenit enim vias scilicet meseraicas paratas: sunt enī ample ⁊ vene in es-
patis substātia sūt valde stricte. Eū ergo ad epar puenit nō moratur quā-
ritate qua digeratur immo expellitur subtile in venas strictas velocitate
sue penetratiōis ⁊ remanet sedimen ppter viāz cōstrictionē. Sed in pul-
mone ptrarīū euenit. Nā ad pulmonē venit vinū dulce cui iam colatū est
a viā meatuū mery pviā resolutiōis ex meatibus strictis ad amplos. Aut
ex viā concaua cū iā dimisit fecē. Et vadit adhuc illuc cū sit colatū ⁊ tran-
sit ex meatib⁹ strictis ad āplos quare colatur vice alia. Et bene scias qz me-
dicine in quibus est amaritudo qua fiat apertio: est stipticitas quedā qua
fiat confortatio: ⁊ odor cōueniēs substātie spīritus phibēs a putrefactio-
ne: sunt inquātū huiusmodi medicine epari cōueniētes: ⁊ huiusmodi sūt
cinamomū sticados: absinthiū: mirra: spica: crocus ⁊ similia. Scias qz a-
uellane cōuenientes sunt epari omni quoniā nō sunt vehemētis calidi-
tatis ⁊ sunt aperitiue: eaz chymus est bonus. Et epar lupit carnes lima-
tiāz puenientes sunt epari cū proprietate q̄ est in eis. Et similiter species
endiuie ⁊ specialiter illa in qua est maior amaritudo. Epari enī calido cō-
perit ratioe pprietatis ⁊ deopilatiōis ⁊ amaritudinis alicui⁹ stipticitatis
Si igitur epar sit calidum species endiuie administrentur cum melle vt
earum frigiditas temperetur. Et hec de eparis cōseruatione.

De splene.

Splen ri-
dere facit



Consequenter de splene dicendum est. Nā

splen est instrumentū ridendi. Habentes enim sple-
nem bene dispositū ⁊ fortē ad mūdificandū sanguinē
grossum ⁊ turbidū ex quo corpus non potest bene nu-
triri naturaliter sunt leti ⁊ sine tristitia. Et per oppo-
situm splene existente debili sanguis grossus ⁊ turbi-
dus manet in venis ⁊ mouetur ad cor ⁊ ad cetera mē-
bra corporis ⁊ ideo reddit hominē tristē ⁊ melencolicū

cum. Bene ergo sollicitari debemus de sanitatis ipsius cōseruatione. Eō-
fortetur enim corpus splenis cum cibis bene nutrientibus ⁊ deopilanti-
bus cuiusmodi sunt gallina cocta cum modico brodio: ⁊ carnes pulline ⁊
eduline cum modico aceto cōdite ⁊ lac noniter mulsum cū modica zucca-
ra ⁊ eligatur lac capraz ⁊ cameliniū. Nec enī splenis opilationē aperiunt
⁊ ei⁹ sanitatē custodiūt. Et vinū rubeū in cōmestione sumatur. Et gene-
raliter omne quod impinguat pdest spleni: omne enī tale restringit sple-
nē ⁊ ipm tēperate dimīnuit. Paruitas splenis significat bonā pplexionē

Splēis p corporis ⁊ eius grossicies ptrarīū. Absinthiū etiā in potu cū melle sumptū
uitas bo/ prodest spleni ⁊ eius pplexionē rectificat. Et dicūt medici qz bibere aquaz
na. vel vinū q̄ diu steterint in vase tamarisci confortat ⁊ pseruat splenē. Cane
at q̄s a grossis ⁊ stipticis fructib⁹. cuiusmodi sunt pira: mespila: sorba: co-
ctana ⁊ similia: quoniā officia splenis pstringūt ⁊ articulos debilitāt. Cane
at similiter a grossis carnibus puta bouinis caprinis ceruinis ⁊ porcelli-
nis. Et ab omni legumine ⁊ ab omni quod fit de lacte: puta caseo ⁊ lacte
acetoso. Nec enim omnia epar ⁊ splenem ledunt ⁊ colerā nigrā generāt
De vino. Et vtatur vino albo vel citrino quod splenem attenuat ⁊ opilationē ape-
rit ⁊ eius grossiciē subtiliat. Et dicūt quidā empiricoz qz sanitatem sple-

is conseruat: vt quādo ire velis sinistrū pedē ante dextrū moneas ⁊ hoc
nā ascendendo ⁊ descendendo seruetur. Nec sufficiant de splene.

De intestinis.



Scamus quomodo intestina in sanitate cō
seruantur quod fit cū a fecibus in eis p̄tentis mūdan
tur ⁊ similiter dū ab humore viscoso qui in eis multi
plicari p̄suevit: vel ex regiminis malicia vel ex debili
tate mundantur nā hic humor interdū impedit exitū
fecū naturalē. Mundantur ergo intestina a fecibus ⁊
humore viscoso cum potu aque mellis in ieiunio ⁊ cū
comestione ficū siccat pinguiū in ieiunio ⁊ cum potu

Mundificatio.

aque decoctionis eaz. Et ad idem valet brodiū pingue agni annualis de
cocti cū bletis. Et ad idem valet brodiū galli antiqui decocti cū polipodio
⁊ aniso. Amplius scias q̄ vne passe nō enucleate in ieiunio comeste pre ce
teris intestina confortant. Amplius dicunt quidā q̄ risum decoctū in re
centi lacte comestū intestina confortat ⁊ nutrit. Volēs autem sanitatem
suoꝝ intestinorum conseruare caueat ab omni cibo acetoso acuto grosso ⁊
viscoso. Abstineat a pane azimo ⁊ a carnibus animalū magnoꝝ domesti
corū ⁊ siluestriū: bouz: vaccaꝝ: lepoꝝ ⁊ porcoꝝ domesticorū: anseꝝ: anatū
domesticorū ⁊ siluestriū ⁊ ab interioribus animalū. Et a piscibus puis re
centibus ⁊ salitis. Caueat ⁊ ab assatis ex piscibus ⁊ carnibꝫ. Abstineat
a caulibus: rapis: pomis: piris: mespilis: sorbis ⁊ similibus. Amplius ab
stineat ab omnibꝫ generibꝫ oleꝝ p̄ter q̄ a ruta: bleta: feniculo: petrosilino
⁊ similibꝫ calidis sicut mēta ⁊ eruca nā in alijs ab istis est inflatio. Am
plius abstineat a generibus lactis ⁊ eoꝝ q̄ sunt de lacte. Cucurbita cucu
meres ⁊ citonia in imicantur intestinis. Amplius nuces amigdale hu
mide ⁊ fabe specialiter humide ⁊ vniuersaliter legumina specialiter humi
da nocēt habētibꝫ intestina debilia. Ampliꝫ mora celsi multū nocēt inte
stinis ⁊ similiter granata accetosa suspecti ergo de egritudinibꝫ intestino
rum abstineāt a p̄dictis ⁊ sciāt q̄ ventositatū retētio multū debilitat in
testina ⁊ quandoqꝫ producit ad idropisiz ⁊ generat tenebrositatem visus
⁊ epilentiam ⁊ vertiginē exercitiū post cibū immediate ⁊ similiter potus
aque frigide ⁊ vinum plurimum post cibum immediate nocent vlcerebus
nocumento mirabili: ⁊ similiter coitus immoderatus specialiter super ci
bum multū debilitat intestina. Dixerunt sapientes q̄ alleū coctum cū car
nibus pinguibꝫ edi mitigat intestina ⁊ impetuosam eoꝝ remouet vento
siratē ⁊ inflationem consumit. Comedere etiā allia cruda sicut faciunt
gallici dolorem intestinorum curat ⁊ grossam repellit ventositatem ⁊ ideo
alleum dicitur tyriaca rusticorum.

Allenꝫ mi
rigat do
lores.

De renibus.



Quod pre ceteris conseruat renes et confor
tat qñ debiles sunt i ppria operatione puta ad attra
hēdū ppriā aquositatē vinalē sāguis dicit spinachia
cū carnibꝫ arietis decocta ⁊ comesta. Ad idē valēt vne
passe bñ enucleate. Renes enī nutriūt ⁊ feculentia vni
ne mūdificāt. Semina melonum post potum come
sta cum zuccara idem operantur. Et similiter pulpa
melonum cum zuccara comesta ad idē valet. Ampliꝫ
cūij

Semina
melonum
pronocāt
vinam.

Secunda.

us farina ordei cum lacte preparata renes impinguat ⁊ eorum sanitates conseruat. Amplius ad idem valent pinee ⁊ amigdale cum penidijs comeste. Omnes fructus frigide nocent ⁊ similiter acetum ⁊ carnes grosse sicut caprine bouine ⁊ lac acetosum. Et omnes herbe frigide multum nocent renibus: sed rapa prodest aliquantulum. Et scias quod lacti omnino inest est proprietas mirabilis in confortatione renum ⁊ comedere renes cum aliquibus alijs impinguat renes ⁊ confortat lac camelinum comestum renes confortat aggregat ⁊ consolidat. Amplius vinum passulatum aliquantulum ponticum renes confortat. Et coit immoderatus ⁊ balneum immoderatum ⁊ odire tranquillitatem et quietem ⁊ multum vti cibis diurectis ⁊ potibus renes debilitant ⁊ rarificant ⁊ calorem eorum innatum exalant.

De vesica.



Scias quod electuaria calida puta dyagalanga dyatriompiperō ⁊ similia confortant vesicam. Potus aque frigide in ieiunio vesicam debilitat. Etiam sepe comedere vitæ preseruat vesicam ab egritudine. Amplius panis tritici preparatus cum butiro vel cum melle magnam habet proprietatem in conseruando vesicam. Amplius drag. semis de ligno aloes quolibet die in potu sumpta valet contra frigiditatem vesice ⁊ eam confortat. Nihil adeo ledit vesicam sicut longa vrine retentio ultra voluntatem mingendi. Amplius comedere carnes boninas ⁊ herbas frigidas ⁊ cibaria frigida ⁊ aquam frigidam bibere in ieiunio multas egritudines generat in vesica. Et super omnia vsus aceti ledit vesicam sicut dicit galienus.

De ano.



Ans est membrum de facili lesionem suscipiens ⁊ cum susceperit difficulter curatur quare indiget bono regimine cum cibis ⁊ alijs rebus conuenientibus. Sanitatem igitur ani custodire cupiens non sedeat diu super terram vel super frigidum actum. Amplius abstinere debet a carnibus bonnis ⁊ vniuersaliter a carnibus grossis filuestribus ⁊ generantibus coleram. Colera enim suo acumine ledit anum. Caueat ab omnibus generibus acuminum. Sedere enim aliquando aliquandiu supra lapidem calidum in stupha anum confortat. Nam sua propria caliditate actuali consumit humiditatem superfluam ani. Est enim anus velut totius corporis emunctorium: vnde ad ipsum fluunt multe humiditates. Amplius cibi stiptici non competunt habentibus anum debilem nec fructus frigidi. Utantur carnibus arctis castrati iuuenis pinguis cum modico brodio. Euitent cepe

Super omnia quoniam orificia venarum aperit. Etiam sedere in sede facta de corio leonis anum confortat. Et similiter sedere in sede facta de corio thauri et forte cerui et quorundam aliorum quorum eorum habent propriam etatem in calefaciendo et confortando anum cum quis sederit super eis.

De emorroydibus.



Ed quia quidam solent pati emorroydas in processu etatis eorum quasi naturaliter sicut mulieres patiuntur fluxum menstruum. Nos volumus hic ponere unum paruum capitulum regiminis sanitatis eorum qui emorroidibus vexari solent ne forsan ex errore regiminis plus grauentur. Tales autem tempore quietis scilicet tempore quo non veratur ab emorroydibus si forsan dubitarent nimium fluxum

futurum euitare debent omnia acuta falsa et similia dulcia inflammabilia frigida assata et maxime si sint arida. Et vitent omnia inflammantia sanguinem puta iram: coitum: exercitium forte stapham et balneum. Nec enim sanguinem acciunt et inflammant. Amplius talibus non competit vina acuta fortia nec species valde calide. Et vniuersaliter nihil aperituum venarum eis est conueniens. Et vniuersaliter vitare debent omnia ledentia anum et intestina. Amplius vitare debent omnia generantia sanguinem grossum et melancolicum quia talis sanguis est materia emorroydarum et huiusmodi sunt carnes grosse animalium siluestrium: ut puta carnes ceruorum: leporum: bouum et similium et animum degentium in ripis aquarum. Et vinum eorum non debet esse nimis grossum ne sanguinem melancolicum generet nec nimis subtile ne apperiat orificia venarum nec nimis forte et acutum ne sanguinem reddat nimis mobile et subtile sit ergo vinum mediocre et calore et fortitudine et debilitate odoriferum et boni saporis. Amplius cauere debent a medicinis laxatiuis et attractiuis habentibus maximam caliditatem et acuitatem vel nimiam subtilitatem que specialiter ab aloe scamonea in quibus virtus est fortis in apperiendo orificia venarum. Etiam cauere debent a clisteribus et specialiter acutis et pungitiuis ne ex eis emorroydes prouocentur ante tempus debitum a natura. Tamen laudo quod procurent habere ventrem laxum cum aliquibus lenibus remolliitiuis cuiusmodi sunt cassia fistula brodia pingua et pureta boraginum et bletataz cum oleo oliuarum et brodium caulium. Ad idem valet comestio ficuum siccorum in principio mense et etiam valet fructus humidi puta pruna bene matura et vna et similia. Venter constipatio consuevit ledere multos patientes emorroydas tempore fluxus eorum et ergo bonus est ante illud tempus procurare ne feces in intestinis remaneant. Scias quod extremitates porcorum conueniunt patientibus emorroydas: et similiter extremitates vituli. Non enim permittunt emorroydas nimis fluere. Ad eandem intentionem potest valere risum et amidum et alia stiptica delectabilia: puta pira et coctana: non quidem ante cibum: ne ventrem constipent: sed post: et maxime tempore quo fluunt si timeamus de eorum fluxu immoderato. Ad idem valet sirupus rosarum mixtus cum

Vitare debent.

Secunda.

aqua ferrata et maxime in estata. Et etiam applicatio aliquorum stipticorum ab extra puta rosarum mirtilorum bulitorum in aqua ferrata et deinde de expressorum: et in estate. Sed in hyeme frigatur salvia in multo oleo rosarum et applicetur in saculo: et hec sufficiant.

De iuncturis.



Proponamus hic de regimine illorum qui dolores iuncturarum pati solent: non quidem curatio sed magis preseruatino. Evitanda sunt que iuncturas debilitant et que materiam doloris iuncturarum multiplicant et que materias ad iuncturas fluere faciunt et utendum est his que iuncturas confortant et materias minuunt et eas ad iuncturas fluere non permittunt. Suspecti igitur de iuncturarum dolore caveant a fumo argenti vivi et etiam a fumo omnium metallorum et a fumo eorum quibus alchimiste in eorum sublimationibus uti consueverunt. Hoc enim nervos summe debilitat et iuncturas. Amplius caveant ab aceto quia nervos ledit: et idem facit accretio citri: et universaliter omnia accretosa. Amplius lac et omnia lacticinia nocent nervis et iuncturis: et etiam pisces recentes iuncturas mollescunt. Et assiduatio comestitionis pomorum generat dolorem iuncturarum et nervorum: et idem potest intelligi de aliis fructibus accretosis frigidis. Amplius allia et omnia alia acrimina nocent nervis et iuncturis. Amplius scias quod nauseatino facietas maxime vitanda est ab his que suspecti sunt de doloribus iuncturarum. Etiam vitandum est exercitium forte post cibum immediate: et coitus immoderatus post cibum. Et idem intelligatur de balneo. Nam hec sunt cause quare materia indigesta fluit ad iuncturas et nervos. Similiter potus immoderatus et maxime vini post cibum et sine cibo est evitandus. Est enim causa indigestionis vel maxime corruptionis que est magna causa doloris iuncturarum. Etiam evitandus est somnus diuturnus immediate post saturitatem. Est enim causa reumatis: unde materiam reumatizantem ad iuncturas multiplicat. Cibaria autem talium hominum debent ad aliqualem grossiciem declinare ne humor generatus ex eis sit aptus fluere ad iuncturas propter subtilitatem. Debent ergo eorum cibaria esse melancolica grossa non quidem in tantum quod causetur indigestio: sic enim lederetur ab eis. Et propter eandem rationem cibaria eorum non debent esse nimis calida ne vias apperiant et humores ex eis generati fluxibiles fiant. Nec nimis frigida ne causent indigestionem. Evitent carnes salvas et pisces salvos: et universaliter omnia digestionem repugnantia cuiusmodi sunt carnes bovine antiquae et dure valde et carnes porcine multum antiquae et carnes animalium silvestrium magnorum antiquorum et specialiter salsoz. Et propter eandem rationem evitare debent cibaria facta de pasca azima et panem azimum. Nec enim omnia digestionem repugnant. Unde si continentur causant indigestionem et maxime si recipiantur in magna quantitate. Verum est tamen si carnes bovine perfecte digerantur satis est conveniens eis. Quoniam sanguis generatus erit laudabilis qualitatis et grosse substantie. Carnes convenientes eis sunt carnes vituli unius anni et carnes cuniculorum et leporum iuvenum. Pisces non multum conveniunt suspectis de dolore iuncturarum, Et si uti contingat piscibus uti

Dieta.

tur bonis piscibus: sicut sunt pisces marini laudabiles non bestiales: non sine squamis: unde garnati: rogeri sole placis sunt eis convenientes et si militer ostree marine et etiam mole. Et laudo quod decoquantur in vino et ad datur in decoctione cynamomum frustratum incisum. Carnes volatiliu paruoꝝ non multu eis competunt propter earu subtilitatem. Et similiter leguminum genera suspectis de doloribus iuncturarum non comperunt. Iba bent enim durici in et ingrossitate et substantie grossicie et digestionis dif ficultatem ex quibus concluditur vsus leguminum iuncturas ledere. Et omnes suspecti de doloribus iuncturarum debent vti fleubothomia vel farmacia vel vtraque in principio veris et ante tempus in quo iuncturarum dolores eius contingere solent. Sed quia hoc magis prinet ad regimen cu rarium transeo. Sufficit ergo ad presens scire quod fleubothomia vel far matia vel vtraque secundu quod melius videbitur expedire in temporibus de terminatis in regimine sanitatis talium hominu et secundu diuersitatez complexionum eoz scdz qua ab influentijs et etia corporibus celestibus quib subiecti sunt est expediens ad eoz conseruationem et preseruacionem. Quibus autem conuenit fleubothomia et quibus farmacia hic dicendu est. Si enim corpora sunt sanguinea tunc iuncturarum dolor ex sanguine contingere so let vel ex omnium humorum plenitudine et tunc non est dubium fleubo thomia competere. Et si vnus alioꝝ humoru a sanguine dominetur coue nit farmacia. Amplius non obliuiscaris quod vomitus est conueniens valde ad preseruandum a doloribus iuncturarum et specialiter inferioru diuertē do materiam et eradicando. Amplius vitari debet ira et tristitia. hec enim digestionem corrumpunt. Et vniuersaliter omnia digestioni repugnantia puta voracitas comestionis prolongatio mense: diuersitas ciboꝝ et vinoꝝ in eadem mensa decuriositas nimia circa agibilia et comedere cibaria di gestioni repugnantia vel ratione qualitaris vel ordinis vel modi prepa randi euitanda sunt ab his qui suspecti sunt de iuncturarum dolore. Et est notandum quod assiduatio lotionis extremorum in aqua salsa naturali ter vel artificialiter est de conseruantibus sanitatem iuncturarum corpo re non eristere plectorico. Potest etiam fieri lotio ex decoctione camomil le sticados et rosarum. Et si forsan iuncture sunt frigide addatur eb ulus in dicta decoctione. Super omnia suspecti de dolore iuncturarum sollicita ri debent ne eorum venter sit constipatus sed laxus quod si sic benequide Constipa ri debent ne eorum venter sit constipatus sed laxus quod si sic benequide la. Et caueant a frigore extremorum immoderato.

De euacu atione

Vomitus

Constipa tio nocet.

De membris generationis.



Icamus consequenter de illis que confor tant membra generationis. Et quia generationis membra ordinata sunt a natura ad actum genera tionis qui consistit in spermatis generatione et fer mentatione et eiusdem per actus coitus conuenienti emissionem et in prolis finali generatione: illa q ad hec innuat membra generatiois confortat. Et quod defectu coeundi et generandi terdu puenit a pncipalib membris non in

Secunda

Impediē-
tia coitus

tendimus in isto capitulo loqui de isto quia de confortatione membrorum principalium superius dictum est. Notandum quod actus coitus vsu rati modo et hora convenientibus est de his qui maxime confortant membra generationis. Sic enim mulierum mamille melius lactant et lac generant ex vsu lactationis: modo qualitate: quantitate et hora convenientibus et ex deassuefactione lactationis totaliter perit actus lactationis et generationis conuenientis lactis et interdum lacte corrupto malaz acquirere qualitatē mamilla destruitur: sic suo modo intelligo de membris generationis que ordinantur ad actum coeundi. Perit enim actus si actus non assuescat. Et interdum ex spermatis detenti corruptione non solum seminaria vasa sed etiam totum corpus corrumpitur. Sperma enim corruptum in toto corpore se habet ad modum veneni. Unde sicut parum veneni sufficit corrumpere totum corpus ita et spermatis corrupti aliquantulum sufficit corrumpere totum corpus. Usus ergo moderatus coitus est vnum ex his que confortant membra generationis. Habet etiam coitus moderatus quamplurima alia iuuamenta et immoderatus quamplurima nocimenta que inferius apparebunt ubi de coitu specialem faciemus mentionem. Sufficit enim ad presens scire quod coitus moderatus et debite assuefactus membra generationis corroborat et confortat et immoderatus debilitat et etiam totalis dimissio. Ille ergo qui sanitatem membrorum generationis desiderat fugiat illa que coitum debilitant et impediunt: et vitetur his que coitum confortant. Debilitantia autem coitum et virtutē eius sunt res meditative: sicut horribilitas coeundi. Tanta enim videtur esse horribilitas in actu coeundi quod nisi esset delectatio admixta: ne dum homines sed etiam alia animalia fugerent actum coeundi. Unde quidam homines eleuari spiritu contemplationis hunc actum totaliter abhorrent et ideo debiles sunt in actu et membra generationis debilitant. Et non solum horribilitas sed etiam verecundia et antecessio intellectus ad cor facit deficere ab actu coeundi ex quo membra generationis debilitantur. Amplius scias quod balnei multiplicatio est ex his que debilitant membra generationis in actu coeundi: et etiam frequentatio fleubor hominis et precipue arteriatum et venarum que sunt retro aures. Ab his ergo cauere debet qui sanitatem membrorum generationis desiderat. Abstineat etiam a quibusdam quorum vsus nocet actui coitus. Quedam enim nocet desiccando: et quedam nocet infrigidando et stupefaciendo: et quedam vtroque modo. Unde agnus castus vaporatus et bibitus nocet. Et etiam herba basiliconis. Camphora abscindit coitum infrigidando et ericcando: et similiter semen caulium. Unde tale semen sumptum post cibum corrumpit sperma. Et similiter vsus coriandri debilitat coitum infrigidando et desiccando. Acetum etiam et omne acetosum abscindit coitum infrigidando. Qui ergo desiderat sanitatem membrorum generationis debet vtri multiplicandis spermata et calorem innatum et spiritum ventosum. Hec enim sunt necessaria in coitu. scilicet materia eruberans: calor incitans et ventositas erigens. Quedam iuuant ad actum coitus multiplicando sperma: et alia confortando calorem: et alia ventositatem generando. Et quedam sunt que ab omnibus his modis coitum iuuant et membra generationis confortant et conseruant. Et de numero horum sunt medicine quedam et quidam cibi. Dicamus ergo de cibis. Meliores enim cibi sunt carnes edi pinguis masculi et carnes

ouine et cicer et cepe absq; frictione carnis: frictio nāq; prohibet conforta-
tionem carnis et multitudinē nutrimenti eius: qz frictio desiccatur. Ad idēz
valent galline et pulli colubini impinguati et pprie allande et oua sorbilia
proprie puluerisata cū cynamomo et pipere et galanga et sale scici: et oua pi-
scium: et caro piscium calida. Et si fuerit illic frigus resiste cum zinzibere
et pipere et macropipere et cynamomo et similibus. Et cibus de rapis et na-
pis: et cibus de caulibus: et cibus de bauchis: et proprie de bauchis: postq̄ be-
ne decocta est caro earum valent ad idem. Et de illis quibus fit iunamē-
tus sunt cerebella parnariū aniu et butyrū et lac. Et similiter cibus qui fit
de tritico cocto cū multa aqua vsq; quo fiat sicut puls et risi cū lacte et ca-
ro cū lacte ouino. Et pferūt in secūdis mēsis speragi eruca et capita et po-
ri cardoz et menta pprie ipa em pfortat mēbra: spermaris valde et ei vsus
fortitudinem facit super sperma quare forte fit desiderium. Et sciendum
q̄ ille qui assiduat comestionem passeruz et bibit super eam lac loco aque
fine cessatione est: erectus et multi spermaris. Amplius cepa frigatur cūz
butyro donec rubea fiat et dissoluatur in decoctione et frangātur sup eam
oua et erit cibus conueniens in conseruatione mēbrorum generationis.
Sunt autem quidam quoz complexiones sunt calide: desiderātes tamen
conseruationem et confortationē mēbrorum generationis. Et his compe-
runt lac acetosum et lac dulce: et pisces assari calidi et melones et citruli cu-
cumeres et cucurbite et fructus et olera humida omia ita q̄ lactuca et semē
portulace addunt eis in spermate quīs cōmuniter noceant. Et albumen
oui est plurimi iunamēti multiplicans sperma. Et cerebella animalium
et medulle eorum et cancri flumiales cōferunt eis. Quicēna quarto. Nascē-
tibus em omnibus vite discrimē interitusq; imminet. Infantia vero q̄
in septimum vsq; annum protenditur tota in alendo versatur id quod p
septem ceruos illos quos rabby venatus fingitur nō obscure licet intelli-
gi. Post infantiam pueritia sequitur que fabularū auditione admodū de-
lectari consuevit. Hinc illi captiuitas vastatioq; ab episcopatibus narra-
tur. Amplius granum pini bene confortat. Et etiam carnis anatum sper-
ma multiplicat.

Comestio
passerum

De conseruatione cutis et similitum.



Consequenter dicamus de conseruatione
cutis et musculorū et membrorū exteriorum totius cor-
poris. Hec em conseruatur balneationibus in aqua
calida suauī aut in balneo aereo mediocri cū mūdisi-
catione conuenienti. Corporis autem mundificatio
fit cū suauī cutis fricatione et leni inunctione cū oleo
olinarum antiquo odoris suauis in tempore hyemis
vel cū oleo rosarū et violarum in tempore estatis. Etia
sciendū est q̄ inūctio facta in balneo cū melle despumato mirabiliter mū-
dificat a sordicie et extrahit qd est sub cute de supfluis humoribus et p po-
ros exire facit. Hoc idem facit farina fabarū et ciceruz cū fricatione pā-
ni asperi. Hec em calorem viuificant et cutez attenuāt. Amplius scias
q̄ multus motus iuncturarū confortat corpora fleumatica. Extremi-
tes aut lauentur cum aqua calida in hyeme: et cū frigida in estate. Et dix-
erunt sapientes q̄ fricare ungues manuum et pedū cū aqua et aceto cōfer-

Mundifi-
catio cor-
poris

Secunda

nant eos a contractione denigratione et etiam ne abscondantur: inunctio cum sale et oleo mixtis eos confortat et specialiter plus prodest eis aqua calida quam frigida. Calciamentum strictum ledit digitos pedum: est enim causa suppositionis digitorum pedum unius supra alium: et distortionis eorum. Item ire per lutum temporibus frigidis et nudis pedibus preceperis ledit cerebrum et infrigidat et debilitat oculos et est causa distillationis urine. Et scias quod ludus palme ambabus manibus simul in alto precipiendo brachijs multum confert quoniam eorum conservat sanitatem. Amplius scias quod fricatio pedum quando fit ieiuno stomacho eorum grauedinem et itinerandi lassitudinem et duriciem remouet. Et similiter somnatio pedum et crurium in aqua contractiones: siue concussionem et tremorem ex lassitudine et longa itinératione remouet omnino.

Capitulum. vii. de regulis regiminis sanitatis appropri- atis sexui femineo

Consequenter dicamus de regimine sanitatis mulieribus appropriato. Sunt enim quatuor appropriata mulieribus: puta impregnatio: parturicio: lactatio: et per consequens manillarum conservatio et menstruorum euacuatio: de quibus breuiter dicam: et primo de impregnatione. Sunt enim quedam mulieres simpliciter steriles et maleficiate quibus hoc capitulum non deseruit. Et alie que non sunt steriles sed non de facili impregnantur et tamen sunt sub latitudine sanitatis. Primo ergo nos ponemus regimen talium mulierum antequam impregnentur ad hunc finem quod facilius impregnentur. Secundo earumdem ponemus regimen postquam sunt impregnate ut fetus possit ad debitum finem venire. Tertio eorumdem ponemus regimen cum actu parturie rint et parturierint. Quarto ponemus regimen lactationis. Quinto ad hoc ponemus regulas quibus sciatur matricis conservatio et de menstruum debita euacuatione et alijs. Quantum ad primum notandum quod quedam mulieres non sunt bene secunde de peraccidens ratione alicuius maleficii a quo bonum est precauere quantum est possibile. Et interdum propter maliciam figure aut compositionis matricis et colli eius. Et etiam propter malum motum committionis viri cum muliere. Et etiam propter usum quarundam rerum conceptuonem impediuntium. Primo ergo nos ponemus aliqua ex quibus maleficia potuerint precaveri et evitari. Si enim serapinum in camera posueris siue hypericon omnia demonia fugabuntur. Unde hypericon dicitur a multis fuga demonis. Item lapis magnetis portatus ad idem valet et concordiam facit inter virum et mulierem. Ad idem valet adamas quem quidam false dicunt esse magnetem. Amplius cor turturis portatum fugat demonia et portantem reddit hominibus gratosus. Item pitus anis comesta incantatione ligatos soluit et prosperitatem tribuit. Zyraca exhibita cum decoctione hypericon maleficium tollit. Et hypericon emplastratum renibus maleficium tollit. Amplius corallus si teneatur in

Fuga demonum.

domo soluit maleficia. Amplius squilla integra suspensa in limie hostij
maleficium tollit. Et idem est de arthemisia. Ad idem etiam valent ra-
dix peonie portata. Item si vir portet secum cor coturnicis masculi et
vixor cor femelle semper conuenient. Item si quis portauerit semper secū
yringum insidias demonum nō patietur. Si aut mulier nō sit bene fecū
da propter maliciam complexionis naturalis vel accidentalis cum mate-
ria vel sine materia vratur contrarijs in complexione et purgantibus ma-
teriam peccantem. Sed quia difficultas impregnationis vt plurimum fit
ex mala complexione frigida et humida cum materia vel sine materia ideo
ad hāc inclinandū est: et de ea tractandus. Ista em indiget calefaciētibz
et desiccantibus matricem et euacuātibz humiditatem eius superflua.3.
Unde ierapigra est eis conueniens pharmacum. Et ex eis que exhibentur
sunt calide confectiones puta tyriaca et metridatum et theodoricon et dya-
calamentum cum decoctione arthemisie vel abrotani vel calendula. Tū-
na elephantis potata est mirabilis in impregnatione: et similiter limatu-
ra eboris et fiseleos. Simplicia quibus ego consuēti vti in hoc casu et in
quibus inueni inuamētuz sunt hec: matricaria: arthemisia: abrotanum:
calendula millefolium: camedreos: camepitheos: squilla: rubea tincto-
ruz: spica: blactebizantie: ameos et costus. Ex his igitur potest fieri sy-
rupus et vinum tempore vindemiarum et balneum. Et quia hoc habet
locum in regimine curatiuo de huiusmodi transeo. Amplius debes sci-
re q coagulū leporis suppositum post menstruum mundificationem
inuat ad impregnationem. Ad medicine autem simplices pessarium sunt
hec: oleum de balsamo: oleum de ben: oleum de lilio: costus niger et ad-
deps anseris: blactebizantie: muscus et spica: cyperus: anetuz: ameos: yso-
pus: bdellium: nux cypressi et gariofili et cordumēti. Et vt sit ad vnuz di-
cere calida stiptica sunt materia pessarium mulierum habentium ma-
tricem frigidam et humidam. Amplius debes scire q fleuborhomia sa-
phenarum inuat multum ad impregnandum. primo quidem quia matri-
cem mundificat. Secūdo quia facit matricem ad inferius descendere:
ex quo semen viri perfectius ad eam descendit et attingit. Verum est
tamen q fleuborhomia est conueniens magis in causa calida q frigida:
immo in causa frigida forte non competit nisi propter causas predictas.
Amplius exercitium et stupha sicca et cibi subriles et clisteria calida et
exsiccatia competunt mulieribus habentibus matricem humidam et
pinguem. Similiter vinum forte et rubrum et tyriaca talibus conueniūt
Et inunctio matricis ex oleo de lilio est eis conueniēs: et similiter ex mel-
le albo. Interdum etiam mulieribus non bene fecundis competunt dis-
soluentia ventositatem impediētem conceptionem. Que autem sunt il-
la satis est manifestum: puta diacyminum: anisum: ameos: feniculus: se-
men rute: agnus castus: castoreum et similia et in portionibus et in pessa-
rijs et vnguentis. Amplius scias q testiculi verris mirabilem habent
propriētem in faciendo mulierem secundā. Et similiter matrix leporis
et coagulū eius. Ex his igit cū limatura eboris et fiseleos fiat puluis quo
mulier vratur mane et sero cū brodio cicerū. Vel cū decoctiōe arthemisie
Nota q prima materia recepta i matrice h3 naturā lactis sex primis die-
bus: ad h3ic calozē lactis opaf caloz naturalis in spmate leporis remissus
caloz matricis ita q ista materia dealbat sicut lac. Interdum aut et raro

Difficultati impn
gnationis

Limatura eboris et
fiseleos
Simplicia



Mc. pessarium

Testiculi verris

Matrix
leporum.
nota puluerem

Secunda

hora i m /
pregnatio
nis

frigida competunt vt mulier efficiatur secunda in electuarijs syrupis et balneis: et qz illa satis nota sunt etiā ingrediuntur regimē curatiuū transeo. Regimen autem mulieris nō bene fecit ppter maliciā figure seu compositionis matricis et colli ipsius nō vniuersaliter haberi pōt. Solū enim malicia situs recipit curā: puta quando est matrix nimis alta: nam per fleuor hominiam saphenaz et per ventosas crurium descēdit et conceptio fit falcilior. Debēt aut vir et mulier cōmisceri adinuicē hora modo et figura cōuenientibus ad hoc vt sequatur fecundatio. Hora aut naturalis et conueniens est post q̄ facta est administratio illorū que menstrua mundificant: et est pfecte mulier mundata ab eis. Et quādo mulier nō est famelica nec crapulata nec ebria: et quādo nō est calefacta nec infrigidata in excessu: et prima digestio est completa et tempus aduenerit suscipiendi alium cibū. Et eligatur hora qua mulier coitum appetit nō ppter aspectum vel con frictionem sed naturaliter. Debent aut vir et mulier tanto tempore prolongare coitum q̄ sperma sit digestū. Nec debēt tantū differre q̄ ambo spermata corripantur. Si em accidat illud vtantur coitu secundum modum qui nō est ad impregnandū. Deinde dimittant ipm radū q̄ sciatur q̄ sperma bonum iam aggregatū sit. Amplius prolonget vir ludum cū muliere cuius cōplexio est bona cum māmillarum tactu suauē et verbis amicabilibus et tactu pectinis eius et obuiet ei nō permiscendo se ei permixtione vera. Quādo mulier desiderat et affectat permisceatur ei fricando de ea qd est inter anum eius desup et vuluam. Ille em est locus delectationis eius. Consideret ergo horā in qua sit ipsius mulieris fortis adherentia et eius oculi incipiūt mutari in rubedinē: et eius anhelit⁹ eleuari: et verba eius balbutire: et tūc mittat illuc sperma oppositū ori matricis dilatādo locū eius illic pariter scz tanta dilatatione ne ingrediat aer exterior: et nō est bonum vt vir expleat suū desiderium ante mulierem immo simul parū vel mulier ante. Et in seminum emissionē vir adhaereat mulieri fortissime scdm figurā q̄ mulieris crura sint eleuata parumper.

Suffumi
gatio

qui dicitur
ut sit fecunda

Nec vir statim descēdat sed adhaereat donec videat anhelitū mulieris qui etatum et q̄ nodi oris matricis quiescūt muliere iacente parū eleuatis coris et euerso dorso. Et tunc descendat et mulier remaneat horula vna supina constrictis pedibus et retento anhelitu. Et si dormierit post illud erit melius ad conceptionē et si contingat ipam conuerti sit ad dextrū lat⁹. Amplius scias q̄ suffumigatio cū aromatibus calidis stipricis est de his que preparāt matricē ad concipiendum. Et nō debent talia aromatica calida boni odoris ante conceptionē odorari desuper per nares: quia impedirēt impregnationē cum essent causa motus matricis ad superiora: sed post impregnationē competit odor eorum desup per nares et nō p inferius: q̄ ex hoc impeditur abortus. Nam matrix et fetus mouentur ad partem superiorē aromaticis applicatis naribus. Amplius dico q̄ mulier desiderans impregnari et esse fecunda cauere debet a sterilizantibus et conceptionem impediētibus. Mulier enim volens cōcipere nō comedat os de corde cerui nec secum portet matricem caprinā nec lapidem vocatum gagates: impediunt enim conceptionem. Item caueat a comestione granorum edere nigre. Amplius nō portet secum os de corde cerui: nec smaragdum: nec zaphīrum. Hec enim impediunt actum coeundi. Amplius nō portet secum radicem pimpenelle nec bibat coagulum leporis

post partum nec teneat scolopendriam suspensam supra lectum. Item
apis comesta reddit mulierem sterilem sed partum faciliat. Amplius
non portet secum auriculam mule vel corium nec comedat limaturaz fer
ri: nec succum mente nec matricem mule: reddunt enim mulierem steris
lem. Et vniuersaliter vitanda sunt omnia actuz coitus impediencia que
superius dicta sunt a muliere volente concipere. Nos autem hic volumus
addere quedam que multum valent ad concipiendum. Zolium enim et
thus suffumigata disponunt mulierem ad concipiendum: et similiter ne
pita. Item theodoricon anacardinum perspessarium immissum cum mo
dico scamonne sine dubio concipere facit si post immediate mulier coie
rit cum viro potenti. Amplius ad idem valet melissa suffumigata et
vulua leporis assata et comesta. Et spuma quam habet lepus circa os
quando rodit herbam si bibatur a viro vel muliere. Quidam dicunt qd sup
positorium vel pessarium vel sacculus de nigella matricem mundificat et
ad concipiendum disponit sed teneatur parum: quia nigella est aliquan
tulum violenta. Amplius aqua cicute exhibita mulieri infecunde manet
eadem die ad vsum concipiendi eam conuertit. Item fiat vnguentum ex
cerebro gruus et anxingia anseris vel leonis et ex eo inungatur virga vis
ilis cum vir debet coire cum muliere et concipiet. Item lapis qui inue
nitur in cerebro aquile portatus ad idem valet et similiter lapis inuen
tus in vulua cerue. Item post menstrua lauet mulier pudenda cum vino
ouro rubeo et post suffumigetur cum vino decoctionis nepite et suppo
iat sibi basiliconem et mentam maiorem et concipiet si deus voluerit
Item fomentatio ex decoctione rois marini multum disponit ad con
ceptionem. Item alleum humidum tritum decoctum cum oleo rosarum
vniuersum eius aquositas consumatur: suppositum est mirabile ad impre
candum. Amplius fenugrecum tritum cum adipe anseris suppositum
multum iuuat. Amplius muscus cum oleo rosarum dissolutus suppositus
multum confortat matricem ad concipiendum. Item inungant vtri
usque sexus membra cum succo satirionis et superaspargatur puluis vul
e leporis: facit enim vt sterilis concipiat. Et sic patet regimen mulieris
ante impregnationem.

Zolium.

De regimine pregnantis



Munc restat ponere regimen mulieris pre
gnantis. Sunt enim quedam appropriata mulieri p
gnanti que hic breuiter sunt apponenda. Debz cum
mulier pregnantis omnia euitare que abortum possunt
inducere et specialiter in principio impregnationis:
tunc enim fetus in matrice est sicut flos in arboze q
ex leni causa cadit ab arboze. Et similiter in fine im
pregnationis ante tepus partus puta in septimo vl
ctano mense. Tunc enim fetus est in matrice sicut fructus quasi matu
us in arboze qui ab arboze ex leni motu descendit et sic fetus tempore il
lo ex causa leni efficitur abortiuus. Oportet igitur qd mulier pregnantis eui
et motum superfluum: saltum: percussione: casum: et coitum proprie: Vitare de
et repletionem cibi: et iram: et tristitiam: et timores proprie. Amplius
bent.

Vitare de
bent.

Secunda

enitare debet balneum: nisi apud propinquitatem partus. Et etiam omnia inducentia tussim: nam tussis fortis est causa abortus. Et similiter intelligatur de sternutatione immoderata. Bonum est igitur ut sollicite tur ne eius caput fiat reumaticum. Amplius enitare medicinas laxativas et per partes inferiores et superiores. Et si necessitas cogat ad earum usum fiat hoc cum cautela et sint medicine lenes et benedictae. Amplius procuret habere ventris lenitionem cum cibis lenientibus cuiusmodi sunt brodia pinguis: et pureta de boraginibus et bletis cum folijs violarum: et ova sorbilia et cassia fistula cum aliquantulo spice et aqua quorundam fructuum laxativorum. Nam lenitio ventris est pregnantibus multum utilis. Amplius enitare debet balneum. Balneum enim facit abortire dupliciter. Primo quidem lubricando. Secundo faciendo fetum moveri ad aerem frigidum. Amplius enitare debet fleuboromiam et specialiter de saphenis nisi in casu magne necessitatis et hoc ingreditur curam egritudinis. Et scias quod quanto fetus maior est tanto fleuboromiam est deterior. Amplius enitare debet diuretica menstrua prouocantia et partum facilitantia. Amplius enitare debet: si timor famem: repletionem nausearum: frigus superfluum et calorem immoderatum et ventum australem: et similiter borealem post australem. Amplius bonum est quod pregnantis utatur quibusdam electuariis confortantibus embryonem quorum unum est diamargariton. Amplius oportet quod vehemens studiis sit in stomachis ipsarum pregnantium quare oportet ut confortentur stomachi earum cum confectionibus ex zuccaro rosarum cum xilaloe et mastice: et electuariis factis cum zuccaro plurime et speciebus aromaticis in quibus non est multa caliditas: et emplastris stipticis calefacientibus et aromaticis. Amplius debet pregnantis enitare vehementer pinguis et vehementer dulcis et potum aque: et sit contenta potu vini odoriferi: puri: subtilis: pauci. Interdum autem oportet mundificare stomachum pregnantis cum appetitus eius est valde corruptus. Et quo ad hoc decoctio anisi et polipodij clarificata cum zuccaro rosarum est conveniens mundificatum. Nam humorem euacuat et appetitum rectificat et excitat. Abstineat pregnantis a caseo sicco et acuto: et si forsitan appetat assatur humidus super carbones. Amplius exercitium temperatum est ei conveniens. Libaria eius debent esse facili digestionis: boni nutrimenti et multi: indigent propter se et propter fetum. Amplius post cibum comperit pregnantibus comedere citonia assata et proprie frigida: et similiter frustra ligni aloes indi et assiduetur comestio et fricatio manuum et pedum earum. Et similiter poma granata post cibum eis competunt. Et similiter coriandrum conditum. Et scias quod mina citoniorum et bolus armenus est de his que sedant nauseam earum. Amplius scias quod pulvis cimini torrefacti in aceto infusi et origani secundum partes equales et castorei partis unius tertia interdum comperit eis et specialiter propter consumptionem ventositatum. Et scias quod quando mulier pregnantis indiget mundificatiuis propter immundiciam matricis et partium adiacentium melius est quod mundificatio illa fiat a quarto mense usque ad septimum. Et quod fiat per supposita a parte inferiori quam per administrata per partes superiores.

De regimine appropinquantium partui.

Ista pfor
tant.

Contra
nauseam



Uliere autem appropinquante partui cō
petit exercitium et balneum et coitus et menstrua
prouocantia et cetera partum facilitantia que scrip
ta a sapientibus quasi sunt infinita. Sunt autē que
dam partuz facilitantia a proprietate que est in eis
sicut magnes detentus in manu sinistra. Et suffumi
gatio cum vngula asini vel equi vel cum oleo piscis
saluti: et similiter corallus suspensus in cora dextra.

Et scias q̄ mulieres menstruose huius temporis vtuntur pliris cū mu
sco in facilitando partum. Amplius suffumigatio mirre multum compe
tit: et suffumigatio cum galbano et castoreo commixtis cum mirra et fel
le vaccino. Amplius ad idem valet sulfur citrinum et spolum serpen
tis et fumus columbinus. Idem enim suffumigata partum facilitant et si
militer asa fetida et castoreum in potu sumpta facilitant partum. Am
plius sumere in potu cinamomum est bonum valde. Et similiter decoctio
foliorum altee cum aqua et melle si sumatur in potu ad idem valet. Sim
plicia autem partum facilitantia sunt hec: cinamomum: cassia lignea: cor
tex cassie fistule: mirra: aristologia rotunda: custos: sauiina: armoniacus:
rhys: rubea tinctorum: asa fetida: storax et castoreum. Ex his autem pos
sunt fieri suffumigationes: pillule: electuaria et similia. Amplius bo
num vinum et odoriferum competit mulieribus partui appropinquanti
bus et subtilis dieta. Amplius scias q̄ lana submersa in succo rute et sup
posita partum faciliat. Etiam scias q̄ ciclamen aristologia: stasiphra
zia et cucumer asininus supposita partum facilitat. Et similiter fel thau
rinum. Amplius arthemisia cocta cum aqua calida: emplastratur super
ombilicum et crura et statim fetum educit. Etiam menta bibita cum a
qua mellis partum faciliat. Etiam pimpinella trita et supposita statim
fetum educit. Amplius caueatur q̄ pira non sint in domo mulieris par
turienti s. Ad idem valet suffumigatio facta de cornibus et vnguibus ca
prarum. Amplius vngula muli portata sub camisia partum faciliat.
Oltra alia sunt partum facilitantia que ad presens obmittuntur pro
pter breuitatem: et quia habent locum in regimine curatio.

De simpli
cibus.

Pira no
cent.

De regimine enixe.



¶ Hinc restat ponere regimeu mulieris eni
re vsq̄ ad triginta vel ad quadraginta dies. Sciendū
igitur q̄ post partum immediate competunt cibi sub
tiles boni nutrimenti et multi et velocis digestionis
sicut aqua carnium laudabilium: et oua sorbilia et vi
num subtile et odoriferum: non nimis forte: non tur
bidum. Vitare debet autem mulier enixa omnia ge
nera fructuum et olerum et frigidorum leguminum
et acuminum. Et summopere caueat a frigiditate continentis: et specia
liter vsq̄ ad tres dies. Jaceat igitur continue in lecto cooperta: cruribus
tamē parū coopertis et eleuatis: comedat sepe et parū in vice. Nō balnee

Secunda

vsqz ad quattuor vel quinque dies. Trāfactis aut quattuor aut quinque dieb⁹ balneetur bis vel ter in septimana. Et quanto magis appropinquat ad triginta vel quadraginta dies tanto potest vti grossiori dieta et in sanitate consueta. Interdum autem fluit sanguinis multitudo imediate post partum et quo contingit mulierem periclitari. Hūc autem accidenti obuiandū est cū ligatione brachioꝝ dolorosa et cū appositione vērōsarū magnarū ad mamillas sine scarificatione et cū appositione pānoꝝ infusoꝝ in aceto supra ventrē collirioꝝ stripticoꝝ puta rosarū balausstiarū et harabe et similis. Et de illis quib⁹ incit pprietas in hoc scdm qd dicitur est suspensio stercoreis porcini in lana et suspendatur in corā eius. Amplius enixae constringere consuevit mamillarum dolor et apostemata propter magnam lacris exuberentiam. Hōrum autem cura est lactatio per mulierem vilem. Tale enim lac inconueniens est lactationi infantis. Et ad idem valet epithimatio mamillarum cum aqua decoctionis fabarum et orobi et coriāndri. Et quia hoc ingreditur regimen curatum transeo. Amplius scias qd linire mamillam cum cancro marino vel fluuiali contrito habet proprietatem in lactis minoratione. Amplius scias qd epithimatio mamillarum cum aqua decoctionis rure est de his que lac minorant. Interdum etiam post partum non mundificatur mulier: sed retinetur sanguis coramptus qui deberet euacuari et ex hoc possunt egritudines generari valde male: puta febres et postemata et dolor matricis: et sternutatio est talis mulieri inuatiua. Et vniuersaliter omnia humida quoniam naturaliter in substantiam aliti mutari non possunt nisi sit virtute excessus caloris naturalis qui vix in muliere reperitur et maxime in muliere enixa qd ex emissionē sanguinis in partu dealbata est quod est signum frigiditatis maxime albedo namqz scdm aristotelem est mater frigiditatis. Quāto enim mulier albius tanto scdm eum. Et similiter secundum auerroy plus de frigiditate habere dicitur. Amplius suffumigatio cum capitebus allecum salitorum aut cum vngula equi aut asini valet ad idem. Et ad vltimum fiat fleuborhomia saphene: valet enim ad menstrua prouocanda et prohibet apostematū aduentum et repletionis nocumentum. Et fleuborhomia vene curuature poplitis est fortior in hoc. Et si continet enixam hoc tempore febricitare aqua ordeī confert ei: et si non retinet menstrua et granata dulcia: quia febres enixarum vt plurimum sunt ex menstruorum retentione cum sit curatio cum fleuborhomia saphene sit inuamentum cum ea. Amplius scias qd talibus mulieribus interdum instantur ventres earum et tunc eis competit in potu dyamarte et reliqua dissoluentia ventositates. Amplius eis competunt origanum serapinum et mastix cum equalitate. Amplius interdum talibus mulieribus contingit dolor matricis. Et cura eius est sedere in aqua calida decoctionis aneti et camomille et inungere locum matricis cum oleo violato dulci tepido. Et si forsan in loco matricis contingant vlcera curentur cum vnguento albo rasīs et similibus vnguentis conuenientibus vlceribus supra membra nervosa. Hec sufficiant de regimine enixae.

Minora
tio lactis

De febre.

De regimine lactantis.



Unc restat dicere aliqua breuia de lactan-
tis regimine sed ante dicemus lactantis conditiones
quarum prima sumitur ex parte etatis. Debet enim
eius etas esse sanitatis et complementi et est etas iunē
turis a vicefimo quinto āno vsq; ad tricesimum quin-
tum. Hoc enim tempore lac debet esse perfectius sicut
et totius corporis mēbra a quibus lac habet exordium
Secunda conditio sumitur ex parte habitudinis et fi-
gure: debet enim esse boni corporis et collum habere forte et pectus ma-
gnum et amplum: et debet esse bonorum musculorum et dure carnis: et ma-
gnarum venarum et medie habitudinis inter maciem et pinguedinez. Ter-
tia conditio sumitur ex parte mamillarum. Oportet enim eius mamillas
esse magnas decēter et solidas nec debent esse extranee magnitudinis nec
are et moles: sed debent esse medie inter molliciem et duriciez. Et extremi-
tates papillarum mamillarum non debent esse nimis parue ne infans
in earum compressione laboret. Quarta conditio sumitur ex parte mo-
rum ipsius. Debet enim esse bonorum morum et laudabilium que tarde pa-
iatur ab anime accidentibus puta: ira: tristitia: timore et similibus. Om-
nia enim corrumpūt lactis complexionem. Unde prohibendum est ne sto-
ida lacter: malicia enim morum ipsius ad hoc perducit eam vt infantis
paruam habeat sollicitudinem et ei parum blandiatur. Amplius non de-
bet esse luxuriosa et ebriosa nec crapulata. Nec enīz lactis corrumpunt cō-
plexionem. Quinta conditio sumitur a substantia qualitate et quantitate
actis. Debet enim esse substantie mediocris: non nimis fluidū: nec nimis
rossum et caseatum: nec diuersarum partium nec spumosum. Eius quidē
substantia experitur: mulgendo ex eo guttam super vnguem. Nam si flu-
et est subtile: et si non est grossum et spissum. Et scias qd lac temperate sub-
stantie habet partes caseatas et aqueas equales. Experieris igitur cum in
impula ponitur: et parūz mirrhe super ipsum projicitur et digito permisce-
ur. Per hoc enim scitur aquosioris ipsius et caseitatis quantitas que
ebent esse equales in lacte. Amplius quantitas lactis debet esse suf-
iciens ad infantis nutritionem. Amplius color lactis debet attine-
re albedini et sapor dulcedini. Non enim in lacte debet esse amaritudo: sal-
edo: nec acredo: nec color viridis. Amplius nutrix non debet esse somnife-
a: nec grauis somni. Nam propter hoc multe nutrices dimiserunt infan-
tes fame deficere: et eosdem lactando suffocauerunt obdormientes super
os. Amplius multū considerandum est qd lac nutricis non sit antiquum
nec nimis partui propinquū. Sit igitur duorum mensium: vel mensis cū
imidio ab hora partus. Et sit partus naturalis et masculus et sit mulier
ue abortire non consuevit. Amplius considerandum qd nutrix sit com-
plexionis proportionalis infanti quam debet nutrire: et specialiter sit in
ra latitudinem temperate complexionis vel prope. Qd si infans forte co-
ericus sit non est malū qd nutrix sit fleumatica vel qd eius regimen sit de
linans ad fleumaticum. Scimus enim ex supradictis qd regimen melius
omplexionum lapsarum debet esse per contraria et non per similia. Et si
os: san lac nutricis fuerit grossum et mali odoris: melius est vt non detur
isi postq mulctus fuerit et in aere moram fecerit. Et si fuerit vehementis
aloris non detur aliquo modo ieiuno. Amplius si lac fuerit grossum: con-

Conditio
nes lactā
tis.

De mori-
bus.

Secunda.

ueniens est vti subtiliantibus: puta oximelle diuretico cum decoctione origani montani: yfopi: epithimi et similia. Amplius in cibis eius vtratu croco: et vtratur exercitio moderato. Et si forsan mulier fuerit calide complexionis: dabimus ei in portu oximel simplex cum vino subtili simul siu separatim. Et si forsan lac nutricis fuerit subtilius quod oportet: desinat al exercitio: et cibis vtratur ingrossantibus sanguinem et precipiatur ei vt diu dormiat et vtratur vino dulci grosso et robusto: nisi fuerit quod prohibeat. Interdum contingit quod in mamillis nutricis est nimia lactis exuberantia: ex qua contigit lac in mamillis corrumpi. Huic autem accideri remediatur ex usu eorum que pauci sunt nutrimenti et ieiunio: exercitio: balneo et vigilia: et similibus: et emplastro mamillis et pectori appposito ex cinimino aceto: aut lentibus coctis in aceto: aut fabis aut luto abluto cum aceto et per portu rei false et comestione mente. Et ad idem valet mucillago psylli epithimata cum aceto. Amplius scias quod ruta et osimum gariofilatum epithimata: et interius sumpta lac minuant. Et similiter ex armoniaco et aceto: vel ex armoniaco et vino. Et ad idem etiam valet epithima ex radice caulium. Amplius fiat linimentum ex mucillagine fenu greci: lacca: et tartaro et oleo rosato. Amplius scias quod cancer marinus et fluuiialis contritus et epithimatus habet proprietatem in isto: et forte interius sumptus. Et similiter si timeamus caseationem lactis in mamillis: liniuntur cum oleo de menta et de viola sarracenica: et hoc cum mamillarum complexio decernat ad frigidum. Et si ad calidum: quod satis potest tactu discerni: epithimentur mamille cum mucillaginibus frigidis: et oleis frigidis: et succis frigidis notis. Et scias quod acetum vini cum oleo rosato: conquassatum et cal factum linitum super mamillas est de resoluentibus caseationem calidam. Et ex prohibentibus caseationem frigidam est epithimatio cum aqua decoctionis feniculi et balsamite et aneti: et fenugreci et similia. Et similiter epithima ex oleo de lilio et nasturcio camomilla et costo: valet ad idem. Et quia hoc ingreditur regimen curatiuum transeo. Interdum autem nutritrix non habet lac sufficientis quantitatis pro nutrimento infantis: cuius causa potest esse penuria nutrimenti: vel malicia complexionis in toto corpore: vel mamillarum caliditas vel frigiditas: vel debilitas attractiue mamillarum. Quod si penuria nutrimenti sit causa nutriatur iure facto ex ordeo: et frumento: et leguminibus. In iuribus quoque ipsius et cibis ponende sunt radices feniculi et semine eius aneti: et nigella. Quidam autem dixerunt quod comedere vbera ouium et caprarum cum lacte quod continet valde est inuatiuum propter hoc quod in eis existit et similitudine aut propter proprietatem que in eis est. Amplius scias quod drag. i. verni terrenorum siccorum in aqua ordei continue sumpta multis diebus valet ad lactis multiplicationem. Et similiter elixatura capiti piscium salutarum valet ad idem sepe potata: et fiat elixatura in aqua aneti. Huic imputabat opinionem auicene et notat rationem commentatoris probando quod generatum ex semine et sine semine differunt specie sic quod agens est diuersum et recipiens diuersum et sic receptum erit diuersum. Sed diceretis stante eadem causa materie effectus erit idem numero verum est stante eadem mensura et materia eque disposita. Sed sic non est quia tempus raptum transigit et non reuertitur idem numero. Amplius ad idem valet butirum et samum: et valet decoctio raphani in vino. Amplius mamille liniuntur et stercore sturdorum cum lacte asine et oleo more emplastri: et lac prouocat

itur. Etiam fricare mamillas blandis manibus lac multiplicat. Et si in mamillis videatur abundare calor: nutriatur ordeo et spinachijs: et simili-
us declinatibus ad frigiditatem. et si eis videatur dominari frigus sit eius
nutriens subtile ad caliditatem declinans. Et ad hoc conferunt semē bau-
arum: et ipsemet bauce. Etiam scias q̄ approximatio ventosarum sub
mamillis absq̄ sacificatione multa compressione augmentat mamillaz
liditatem: et attrahit materiam lactis ad mamillas. Quod si forsan veli-
us rectificare odorem lactis ex eo q̄ sit odoris mali dabimus in potu vis-
um boni odoris et similiter nutriemus cum cibis boni saporis et delecta-
lis odoris. Euitare debet nutrix ea que sanguinem permiscunt menstru-
m: et lactis odorem corrumpunt: et ipsius minuunt quantitatem. Debet
itur euitare coitum quantum potest: et ebrietatem: et satietatem nausea-
nam: et exercitium et balneum immoderatum: et similiter iram: tristitiaz
giam et genera acriminum. Et vniuersaliter omnia que sanguinem co-
rbant et consumunt: et malum humorem generant. Quomodo autem ma-
illarum magnitudo valeat impediri: et earum magnitudo debita procu-
ri. sufficienter haberi potest ex supradictis capitulis; de regulis regimi-
s sanitatis ex parte habitudinis.

De vento
sis.

De conseruatione matricis.

De matricis autem conseruatione et debita
mēstruoz pronocatio: quia satis patet ex dictis supe-
rius in isto capitulo: propterea volo breuius pertransi-
re. Sciendum igitur q̄ menstrua temperata in qualita-
te et quantitate et in tempore suo currentia secundum
consuetudinem naturalem in omni spacio: sunt cause
sanitatis mulierum: et mundificationis corporis earuz
omni nocumento in quantitate et qualitate: et faciūt ipsas acquirere ca-
tatem et paucitatem desiderij. Et mensura equalis mēstruorum est vt
instruetur mulier in omni mense vsq̄ ad triginta dies. Et est diligēter
tandum q̄ menstrua naturaliter fluunt in qualibet lunatione semel:
fluunt plus vel minus: non est ex toto secundum naturam. In quibus
n autem fluunt in prima quadra: puta in puellis: et in quibusdam in se-
cunda: puta in iuuenibus: et in quibusdam in tertia: puta p̄uentionibus
et quibusdam in quarta: puta senioribus. Et incipiūt mēstrua fluere in
mulieribus communiter post decimum quartum annum: quibusdam cis-
s: quibusdam tardius: secundum diuersitatem complexionum et habi-
tuum et similiter regionum et similium. Et communiter durāt vsq̄ ad
inquagesimum annum. Et in quibusdam non durat vltra tricesimum
annum: et in quibusdam solum vsq̄ ad quadragesimum quintum annū.
Quedam enim mulieres sunt ita male complexionate q̄ nō possunt vsq̄
inquagesimum annum peruenire: et in talibus menstrua citius na-
turaliter deficere cōsueuerunt. Quādo autē menstrua alterātur a dispo-
sitione ppria naturali sūt cā debilitatis mulieris et alteratiōis forme: et pauci-
tas p̄ceptionis abortus et debilitas fet⁹. Multū igit sollicitari debet me-

Mēstru-
orum pro-
uocatio

Tertia.

dicus q̄ mēstrua nō alterētur a dispositione propria naturali. Que aut
fit dispositio mēstruorum naturalis et propria: scitur ex colore et substā
tia eorum. Et diuersificantur secundum diuersitatem complexionis: habi
tūis regionis etatis et regiminis. Et hoc potest experientia disci: puta
dendo colore et substantiam mēstruorum diuersarum mulierum: in c
plexione: etate: habitudine: et sic de alijs. Sed quia hoc nō pertinet ad
sens opus: transeo. Sufficit autem ad presens scire q̄ si mēstrua alte
tur a dispositione propria naturali: siue talis alteratio sit ex mala dispo
sitione totius vel matricis sunt causa nocuentorum supradictorum. S
dendū igitur est q̄ sint in propria naturali dispositione conseruando
reducēdo si nō fuerit. Qd̄ quō fieri potest: sufficienter haberi potest ex
pradicis capitulis sumptis ex diuersitate complexionis: etatis et habi
tūis: et ex his que superius in hoc capitulo dicta sunt de his que mat
confortant. In hoc igitur terminetur regimen sanitatis appropriatum
ui femineo: et per consequens secunda pars huius tractatus.

Alteratio
mēstruo
rum.

Tertia pars. Capitulū primū de regulis sumptis ex parte e lementorum nostro corpori oc currentium ab extra.



Herbe ve
nenose

Non debet esse terracuius habitatio eli
luta nec scenosa nec ferēs: nec limosa: nec sup q
tus metalli sit superās: nec sulphurea: nec alumi
nec iqua sint vel fuerit mortuorū cadauera: nec m
herbis aut arborib⁹ fecundata sed bonis: puta vine
licib⁹ arborē pini et similib⁹ amicabilibus nostris
poribus. Sunt enim quedam plante que multum
micantur nobis: sicut experientia docet de arborē
cum et de alijs multis arboribus: vt perfico et populo arborē sambuco
cū. Terre igitur fecundate his arboribus non sunt bone habitationis
similiter intelligatur de herbis: Sunt enim quedam venenose herbe
bus terra fecundata non est conueniens habitationi vt est elleborus
la solatrum mortale et similia. Et per oppositum fecundata bonis he
et odoriferis est conueniens habitationi nostre. Amplius nō debet esse
ra cauernosa inter montes inclusa: nec nimis montosa. Et terra m
ris habitationis debet esse discooperta et ab oriente et a septentrione.
illi duo venti sunt magis purificantes aerem illius habitationis.
Unde et in mansionibus bonum est fenestras esse septentrionales et
tales: non meridionales nec occidentales. Et hoc verum est regulariter
sed interdum contingit per accidens ventum septentrionalem esse d
orem meridionali. Possibile enim est q̄ ventus transeat per aliquam
tem septentrionis niuib⁹ occupatam vel adustam: vel minerosam
lutosam: vel corruptam aliquo modorum corruptionis supradictorum
sic ventus septentrionalis erit impuri⁹ et minus eligibilis. Et simi
intelligitur de parte orientis. Bonum est igitur interdum per accid
nestras habitabilis terre seu spiracula esse a parte meridiei vel occi
quis regulariter contrarium sit eligibile. Vicinitas quoq̄ aquarum

ciū currentium multarum ⁊ mundarum: que in hyeme cito infrigidan-
tur: ⁊ in estate cito calefiunt. Et similiter pratorum viridiū nō umbratoꝝ
multis arboribus: est res conueniens habitationi ⁊ adiutorium prebens
propinquitās aut marium facit terram habitabile esse multe humidita-
tis: vnde talis terra est multū reumatica. Sed in partibus septentrionali-
bus talis propinquitās est habitationi conuenientior. Nam ex hoc terra
fit temperata in actiuis qualitatibus. Nisi enī esset maris propinquitās
nimis declinaret ad frigus propter solis distantia a capitibus eorū nec
esset magnus lapsus in humido: eo q̄ illa terra declinat ad siccum plus
alijs terris habitabilibus. Unde ex marium propinquitate non est tan-
tus excessus in humido: sicut in partibus meridiei. Unde maris propin-
quitas in partibus meridiei est minus habitationi conueniens. Nam ex hoc
terra calidior efficitur ⁊ humidior q̄ oportet: ⁊ disponens corpora ad egi-
rudines putridas. Similiter propinquitās maris ex parte orientis terrā
habitabile humidiorē facit q̄ ex parte occidentis: ⁊ ideo magis est vi-
superabilis in sanitatis regimine q̄ in partibus occidentis. In partib⁹ enī
occidentis est tanta humiditas in aere cōtinentē ex maris vicinitate: si-
cut bene scitur ex principijs naturalis philosophie. Et similiter in parti-
bus orientalibus ⁊ occidentalibus eorū qui nō sunt nimis septentriona-
les: vniuersalis est mariū propinquitās. Et propinquitās ad aquas dul-
ces claras currentes: que in estate cito calefiunt: ⁊ in hyeme cito infrigi-
lantur est eligibilior.

De aqua.



A non soluz cadit electio in terra habitabi-
li: sed in aqua potabili: qua pluribus modis vrimur
in regimine sanitatis: puta bibendo: balneando: et in
eadem cibaria decoquēdo. Debem⁹ igitur primo confi-
derare q̄ aque origo sit in terra landabili: non fetida
nec minerali. Amplius considerandū est q̄ non sint
aque stātes: cuiusmodi sunt lacunales: puteales: stag-
nales: sed fontales ⁊ currentes per terrā arenosaz: vel
lutosam luto libero: nō fetido: nō corrupto. Et sint currētes ad orientem
vel septentrionē: ⁊ proprie ad oriens estiuū. Aque autem currētes ad me-
ridiem ⁊ occidentē male sunt. Etiam aque eligibiliores sunt: cū multum
istant a principio originis. Et debent esse soli ⁊ ventis discooperte. Et de-
bent esse sapore quasi dulces: ex quibus vinū parum tolerat que cito cale-
fiunt ⁊ infrigidantur: leues: clare: ⁊ subriles: in quibus post morā pars vel
ihil residet. Notandum etiā q̄ pondus est ex inuantib⁹ experimentis ad
agnoscendum aque bonitatē. Aqua enī que est leuior: vt in pluribus est
melior. Et scitur vt si in aquis duo panni eiusdē pōderis madefacti ⁊ post
occasi fuerint: ⁊ deinde ponderetur: q̄ aqua cuius pannus lenior erit me-
lior. Quod si forsan nō possum⁹ inuenire aquas leues: subriles: ⁊ claras:
sed sint turbide ⁊ grosse: decoctio ⁊ sublimatio eas subtiliat ⁊ rectificat.
Nam grossities aque propter frigus inspissant: vel propter admixtionem
partium terrestriu sub aqua propter earū subtilitatem ⁊ aque spissitus
inem descendere non valent: ex decoctione corrigitur: ex eo q̄ per de-
coctionem ⁊ sublimationē aqua subtiliatur: ⁊ rarefit per frigoris ammis-
sionem: et partes terre que primitus ab aqua descendere non poterant

Experimē-
tum aque

Tertia

propter aque spissitudinem et earum paruitatem propter quas erant impotentiores siue potentia eorum non erat tantum extensa aquam scindere seu superare propter eius nimiam spissitudinem seu grossitiem et earum paruitatem que ab eis auferri non poterat cuius virtus talium illam excedere non possit: in aliquo gradu poterie et ad fundum descendere: per aque decoctionem ad descensum habilitatur ex eo quod aqua fit rarior et ad scindendum aptior. In aqua igitur pura non habet locum decoctio seu sublimatio siquidem sit pura in substantia per priuationem admixtionis partium terrestrium: et in qualitate per priuationem frigoris inspissantis. Sunt autem solidi medicorum qui dicunt aquam per decoctionem ingrossari: ex eo quod subtile resoluitur et euaporatur: et residuum ingrossatur. Unde apparet quod aque pluviales subtiliores sunt: non pluuiaribus. Et sic quod remanet post decoctionem erit grossius. Nos igitur dicimus quod vel ipsi supponunt aque puritatem in substantia et qualitate: et sic oportet quod homogeneum sit illud quod resoluitur ei quod remanet: cum tota aqua fuerit homogenea ante decoctionem. Quod autem una pars euaporet et alia remaneat: contingit ex hoc quod una pars aque est ab igne vel sole magis passa quam alia. Et causa quare una pars magis passa est ab igne vel sole est propinquitas ad agens. Et sic patet quod eorum argumentatio non habet locum in aqua pura et homogenea. Unde puto quod aqua pluuialis si eleuaretur ab aqua pura et homogenea: non esset subtilior quam aqua a qua eleuatur quantum est de per se. Unde bene verum est quando dicitur quod tempore euaporationis est subtilior: seu acutior eo quod subtiliata est a calido: sed postquam infrigidata et inspissata est: est eque subtilis et forte minus subtilis: eo quod magis patitur a frigido propter subtilitatem accidentalem quam acquisiuit a calido eleuante. Sed nota quod aque pluviales regulariter sunt subtiliores ex eo quod non eleuantur ab aquis puris: sed propter earum subtilitatem sunt putrefactibiles magis. Unde si dubitamus de earum putrefactione: laudo quod decoquamus eas. Nam decoctio obuiat putrefactioni. Si autem ipsi arguant de aqua non pura siue maculata in substantia per admixtionem partium terrestrium: sic quod non valet eorum argumentatio: eo quod partes terrestres post decoctionem non remanent cum aqua: sed descendunt. Et si remanerent utique esset substantia eius grossior quam ante: ex eo quod minus esset de aqua quam ante: et partes terrestres non essent diminute. Unde si ex partibus terrestribus et aqueis fieret unum mixtum indissolubile per decoctionem: sicut patet in vino et in multis alijs liquoribus qui liquores per decoctionem inspissantur utique aqua per decoctionem. Sed non ita accidit aquae quia talium partium terrestrium admixtio per decoctionem descendit per modum superius dictum. Plus igitur facit decoctio ad aque subtilitatem per descensum partium terrestrium quam possit facere ad grossitiem per subtilis euaporationem. Et si eorum argumentatio sit in aqua inspissata a frigore in qua non sit admixtio partium terrestrium patet quod argumentatio non procedit. Nam quod resoluitur homogenium est ei quod remanet post euaporationem: nisi quod subtiliatum est per frigoris ammotationem. Amplius sciendum quod admixtio aceti cum aqua rectificat ipsius grossitiem. Amplius scias quod fortis aque commotio de vase in vas: et deinde projectio lapillorum parvorum in eandem aquam ab alto cadentium: aquam grossam rectificant et subtiliant. Amplius scias quod aqua vehementer frigida: cuiusmodi est aqua glaciei et nivium complexionibus temperatis non

De aq plu
uiali.

Aqua m
xta cum
aceto.

est conueniens: sed debet esse aqua infrigiditatis fortitudine temperata. Aquas enim vehementer frigiditas aut vehementer infrigidatas: nō tollat nisi vehementer sanguineus. Et si forsā nō illico nocumentum fecerit cum quis magis processerit nocumentum facit. Scias q̄ bibere aquā ieiuno stomacho et post exercitium et balneum et in ebrijs crapularis: et in siti mendosa et cū natura circa nutriendum laborat in digerendo vehementer nocuum est. Et si multa necessitas fuerit bibere eam: oportebit ut prius temperetur: et cum eadem sepe os abluatur. Et si hoc non sufficit cum valet bibat stricti officij et hoc quidem ebrio confert et stomacho ieiuno. Et si forsā aliquis ieiunus post exercitium a potu abstinere nō potest bibat vinum cum aqua calida temperatum. Amplius sitim habens mendosam aquam gurgitando nō bibit sed paulatim suggendo. Et siti quidem mendosa impeditus: scire debet q̄ superdormire et sitim tolerare ipsam sedat: ex eo q̄ humor eam faciens digeritur et corrigitur: sed cum digestio impeditur propter potum: redibit sitis mendosa. Nam humor sitim faciens non corrigitur nec digeritur. Amplius scias q̄ bibere multam aquā frigidam nō competit in regimine sanitatis: quod si forsā sit necessarius: sit post sufficientem comestione. Aqua tepida nauseā facit: sed calida stomachū debilitat: sed raro sumpta stomachum lauat et ventres laxat. Amplius scias q̄ aqua frigida confortat omnes virtutes in suis operationibus: quando sumitur cum equalitate scilicet digestiuam: attractiuam: retentiuam: et expulsiuam. Et confert habentibus raritatem et cursum: quicūq̄ cursus sit: et ex quocūq̄ membro: sed nocet nervis et habentibus opilationes et apostemata. Amplius scias q̄ aque ferree confortant omnia viscera et addunt in coitū. Unde conferunt spleneticis epaticis: et stomatichis et vniuersaliter habentibus viscera debilia.

De aere



Amplius cadit electio in aere nos circūdatē sicut et in aqua et in habitabili terra. Aer enim est necessarius in regimine sanitatis dupliciter. Primo quidem propter refrigerationē spirituum et caloris innati. Secundo propter expulsionē fumosarum superfluitatum obnubilantium spiritum et calorem innatum. Sicut enim in exterioribus nos videmus q̄ ignis sine euentatione aeris suffocatur et eringuitur: sic etiam imaginari debemus q̄ spiritus et calor innatus indiget aere ipm nutriendum: conseruante: et obtemperante. Obtemperatio igitur caloris innati fit per aeris attractionē: et eius deputatio fit per aeris expulsionem. Primum quidem fit per motū attractionis: qui dyastoles nominatur: et secundum per motum expulsionis: qui systoles dicitur a sapientibus. Si igitur aer attractus sit fetidus et impurus: corrumpitur calor et spiritus innatus. Adulterum igitur debet medicus sollicitari circa aerem in sanitatis regimine.

Aer igitur debet esse bone substantie: cui non admiscetur aliquid ex vaporibus nec fumositas extranea. Non enim debet esse aer turbidus: nec nebulosus: nec malis vaporibus admixtus. Hic enim aer humores conturbat: et animam contristat. Et debet esse discoopertus celo: et non inter parietes et tecta constrictus. Et ut sit ad vñ dicere oīno cuitari de-

Aqua bi-
bita sto-
macho iei-
iuno no-
cer.

Sitis mē-
dosa
Aqua fri-
da multa
nō puenit
in re. sa.

Tertia

Tempore
epidemie.

bet aer qui sit inclusus non euentatus. Unde verum est q tempore epy-
dimie in quo accidit aeris putrefactio: cōmunis est eligendus aer inclu-
sus. Unde tempore illo bonū est inhabitare solaria: sed aliter aer discoop-
tus melior existit. Considerandū est q cūz aere nō misceantur vapores la-
cuum et profunditatū aquaz putridam continentūz et terrarūz que non
sunt libere sed laxē: de quibus supra dictū est. Et vniuersaliter locorū vbi
nascūtur olera qualia sūt caules: et eruca et similia et arbores viscoze ma-
le: cuiusmodi sunt ficus et nuces. Aer em̄ cui tales permiscantur vapores
est euitandus in regimine sanitatis. Amplius eligēdus est aer in quo sus-
sistent boni venti: et ex terra alta v' equali. Amplius multū debemus solli-
citari q aer non excedat in aliqua primariū qualitatūz: quod si forsan cō-
tigerit obtēperetur per artes q̄ruū possibile est. Amplius aer ex parte sue
complexionis diuersificatur: quoniā si calidus fuerit dissoluit virtutem
et corpus laxat. Sed si caliditas fuerit tēperata trahit sanguinē ad exte-
rius: vnde colorem rubificat: et si multū calidus fuerit aer citrinat colo-
rem: multū sudare facit: diminuit vinam: digestionem debilitat. Aer fri-
gidus est contrarius: ventrē constriſgit: digestionē fortificat: vinā effi-
cit multam: sudorē diminuit et egestionē. Aer humidus cutē lenit: et cor-
pus humectat. Siccus cutē desiccāt et corpus denigrat. Nota q saturn⁹
est prima stella erratica et gratia sue influentie dat anime virtutē diſcer-
nendi et ratiocinādi: et dicitur saturnus quasi satur in aruis per contrariū. Un-
de cum sit frigidissimus et siccus influit caristiā ipso regnante. Sed iup-
piter influit magnanimitatē. Unde iuppiter fuit quidāz vir qui expulit
patrem suum a regno suo et dicitur quasi inuās patrem per contrariū et
illud attributū est vni planete qui magnanim⁹ est p influentiā ita q pu-
er natus eo regnāte fit magnanim⁹ ppter cōstellationes elementorū.

De igne.

Electio li-
g norum



De carbo-
nibus.

Amplius cadit electio i igne quo plurimis
vrimur modis in sanitatis regimine nos: puta cale-
faciendo et cibaria decoquēdo. Multū igitur cōſide-
rare debem⁹ in sanitatis regimine ex qua materia fit
ignis quo vrimur. Non em̄ debet sapere naturāz ali-
quorum venenosoz aut metalloz nec debet esse ma-
teria ex terra fetida corrupta: nec limosa: nec sceno-
sa. Nec materia debet esse putrida vel corrupta: nec
debet esse materia male complexionis. Unde debent euita-
ri ligna ex arboribus male complexionis: vt ficus: nuces: et sambucus et si-
miles. Et similiter omia ligna crescentia in terra corrupta: et ligna ex an-
tiquitate corrupta. Et euitari debent carbonēs marini. Nam ignis taliū
carbonum facit cadere in pessimas egritudines: sapit em̄ naturāz vene-
ni. Et similiter euitandus est ignis ex carbonibus lignorum quib⁹ homi-
nes communiter vtuntur: et eo q mala qualitas lignorum ex quibus fiūt
predicti carbonēs que cum fumo exalare debuisset per violentiā reman-
fit in eisdem inclusa que postea cum incendiūtur sine flamma ad actū re-
ducitur. et corporibus nostris infert notabile nocumentum. Unde mul-
tum cauere debent magni domini quibus est cura de sanitatis custodia
q eorum cibaria talibus carbonibus non decoquātur: et vniuersaliter q

eorum calor non appropinquet suis corporibus. Ignem autem arborū sic carum ⁊ terre libere satis approbo ⁊ ignem lignorum laudabilium non viridiū ⁊ vniuersaliter ignē lignorū perhibentiū flāmam claram ⁊ sine fumo. Ignem autē inclusum non euentatū vitupero. Itē laudo q̄ ignis appropinquet nostris corporibus per mediū ⁊ non immediate: quia nimis corpora nostra desiccaret. Itē magis laudo ignē a parte posteriori q̄ anteriori. Itē laudo q̄ aliquis ⁊ immediate post cibum multum non calefaciat se. Nam ex hoc debilitatur digestio. Item vitupero ignē stupharum quia calor est inclusus non euentatus.

Capitulum secundum de exercitio.



Estificati sunt sapientes q̄ exercitium temperatum ⁊ equale ante cibum sanitatem causat ⁊ conseruat licet immediate post cibum sanitatem impedi

Exercitiū
modera-
tū laudat

at. Exercitiū enim ante cibū calorem naturalem fortificat: ⁊ ex hoc appetit⁹ in sto macho vigorat: ⁊ mēbra copiosius recipiūt alimētū ⁊ alimētū per membra pfectius diffunditur: ⁊ pori appeririuntur: ⁊ ex hoc superfluitates tertie digestiōis liberius expellūtur. Itē per exercitium in eo qui exercitari consueuit prouenit duricies quedā organorum: ex qua difficilius patiuntur ⁊ redduntur fortiora ad ceteras actiones. Item per exercitiū motus spirituum vigoratur: ex quo superfluitates euacuari ⁊ per poros humores liberius expurgari est necessariū. Exercitium igitur moderatum non permittit humores nec eorum superfluitates in corpore adunari: quibus in corporibus multiplicatis indigemus farmacia vel fleubothomia que quis purgent corpus: tamen corpus inueterant. Et specialiter medicina laxatiua: que vt plurimū in se habet naturam veneni. Et non solum euacuat nocuum: sed magnam partē caloris ⁊ spiritus qui sunt fundamenta vite nostre. Bene igitur potest dici q̄ exercitium est motus voluntarius in quo requiritur anhelitus magnus ⁊ frequens ⁊ velox. Et ad ipsum quidem conuersus peragendum secundū modum sue equalitatis ⁊ in hora sua non indigebit aliquo medicamento quod necessaria sunt in egritudinib⁹ materialibus: ⁊ in egritudinibus que eas sequuntur. Et hoc quidem est verum supposito q̄ reliquū regimē conueniens sit ⁊ rectum. Non igitur meretur dici exercitium nisi ex eo proueniat in anhelitu magnitudo ⁊ frequentia. Hoc enim est signum fortitudinis caloris innati: ex quo contingunt plura iuuamentorum supradictorum. Non est igitur negligendum exercitium volentibus sanitatem conseruare. Bonum est igitur tempus vsus ipsius exercitij adinuenire. Non enim oportet tempore exercitij multitudinem crudorum ⁊ indigestorum humorū seu ciborum secundum ventrem seu in vasis contineri. Periculū est enim eos attrahi ad omnes alias particulas anteq̄ benigni fuerint: siquidez digestio fit in quiete: ⁊ motus specialiter fortis impedit digestionē. Et vniuersaliter dico q̄ corporibus valde repletis: siue sit repletio ex humoribus laudabilibus vel nociuis: non competit exercitium. Nā exercitium non est sufficiens ad euacuandum talium corporum plenitudinem. Unde solum humores commouet: eos ⁊ ebullire facit ex quo periculum est.

Euacua-
cio pur-
gat ⁊ inue-
terat.

Motus
corpora
turbat

Tertia

culum est febris et apostemata et opilationes que ad hoc sequuntur in corporibus generari. Talia igitur corpora antequam exercitentur: specialiter forti exercitio: competit fleuor homari et farmacari secundum exigentiam humorum peccantium. Amplius quia per exercitium expelluntur superfluitates tertie digestionis que celebratur in membris: et sic poros expurgat: et superfluitates existentes in eis euacuat: melius est ante cibaria suscipienda exercitium inchoare: sic quidem quod prior cibus iam sit in stomacho: epatice et venis perfecte digestus: et iam appropinquat tempus suscipiendi alium cibum. Unde diligenter notandum quod non puto quod exercitium sit necessarium propter expulsionem superfluitatum immediate suscepti cibi in stomacho et venis iam elaborati. Nam talis cibus adhuc non est digestus in membris: et per consequens adhuc non instat tempus expulsionum superfluitatum tertie digestionis: sed puto quod necessarium est propter expulsionem superfluitatum cibi suscepti ante hunc. Unde dico quod exercitium serotinum quod fit ante cenam non est propter expulsionem superfluitatum cibi suscepti in prandio eiusdem diei: sed cibi suscepti in cena diei precedentis. Vel oportet dicere quod omnes digestiones essent complete: et perfecte cibi immediate sumpti antequam inchoaretur exercitium. Quod videtur mirabile ex eo quod corpus remaneret sine cibo plus quam oportet: et in corpore colera multiplicaretur: et corpus consumeretur. Sed in isto est materia considerandi. Hoc est igitur verum tempus inchoandi exercitium. Quod si exercites ante humoribus digestis: replebis corporis particulas: et si post coleram in corpore generabis ampliozem. Huius autem temporis cognitio est vinarum color. Nam aquosus quidem in digestionem significat: seu denotat: et quod adhuc non instat tempus exercitii inchoandi. Rubens vero et coloratus similiter et sanguineus ex multo tempore digestionem fuisse factam significat: et tempus exercitandi seu actualiter agendi precessisse. Sed color temperatus: puta rubens temperate non igneus: significat secundam digestionem fore factam de propinquo: non de remoto et tunc est tempus inchoandi exercitium seu actuale operationem circa illud. Purgande sunt tamen prius superfluitates que sunt in intestinis et in vesica: alias enim aliquid ex his ad venas corporis trahent propter fortitudinem caliditatis resoluentis in exercitiis. Sciendum preterea quod illi qui custodiosius et subtilius locuti sunt de exercitio docuerunt corpora per frictionem convenientem ad exercitia preparari: et specialiter cum quis intendit ad exercitium fortius. Si enim quis ad fortiores venerit motus antequam molliat totum corpus et superfluitates subtiliet: et poros dilaret qui sunt: frictionibus moderatis et demum super infusione olei dulcis: periculum est errumpere vas. Si vero paulatim per frictionem precalefaciens: premoliat quidem solida: et presubriliet humida: et poros dilatauerit: periculum nullum est: nec rumpi aliquam viam: nec poros obstrui eis qui exercitantur. Fricet igitur sindone totum corpus: quousque moderate calefiat. Sufficiant autem plures manuum circumductiones ad hoc ut corpus calefiat: absque oppressione enormi. Et enim his fientibus apparebit rubor bene flordus: bene supercurrens super totum corpus: et tunc est: tempus superinfundere liquorem olei: et fricare nudis manibus: frictione media inte-

Fricatio.

iriciem et molliciem: sic quod corpus non collidatur: stringatur: vel exoluatur plus debito: sed in sui natura custodiat. Hec autem fricatio que parat ad exercitium in primis debet esse in immisionibus manuum later: deinde paulatim augeri et ad fortius ducere: ut comprimatur quidem et manifeste autem non constringatur. Hec autem fortis fricatio est eadem non multo tempore: sed semel vel bis in uno quoque membro fieri. Si enim amplius fieret corpus induraretur: et in his qui augentur augmentum impediretur. Est autem hec fricatio fienda secundum omnem differentiam positionis: longum: latum et transversum quantum est possibile ut vniuersi musculorum nervi ex omni parte fricentur: et ad exercitium preparantur: poros scilicet dilatando: et solida: et spissa rarefaciendo rara inspissando: et mollia indurando. Quantitas autem et qualitas et modus circa exercitium in sanitatis regimine offerendus certis litteris enotari non possumus: sicut nec quantitas ciborum offerendorum. Nam secundum diuersitatem complexionum: et habitudinum: et etatum regionum: regiminum: et consuetudinum: aliter et aliter exercitium est mensurandum. Sunt enim quidam indigentes exercitio fortiori: maiori: vehementiori: et velociori: et isti sunt qui utuntur cibo ampliori: sunt fortium virtutum seu complexionum animalium motuarum: habentes lacertos et nervos fortes: et iuncturas aptas: siue convenientes ad motum: et cum hoc non habent calorem naturale consumptum nimis ortem. Talibus inquit competit exercitium maius fortius et velocius et similiter vehementius. Illis autem in quibus deficiunt aliquae istarum conditionum enumeratorum non competit exercitium adeo forte. Verigratia. Ponamus quod deficiat vltima conditio et quod sit homo habens calorem fortem acutum multum consumptum et cum hoc habeat omnes conditiones priores talis utique non indiget exercitio adeo magno nec tanta forti et similiter intelligatur in alijs conditionibus. Et si sit reperire aliquem in quo omnes conditiones deficiant et opposite reperiantur scilicet qui parum comedat et eius animales virtutes motiue sint debiles et similiter organa ad motum deputata et cum hoc habeat caliditatem satis consumptiuam talis utique indiget minimo exercitio. Et per extrema vires de medio iudicare quid sit faciendum. Quantitatem igitur exercitii offerendi similiter et qualitatem sola ratione cognoscere experientia pretermissa multum difficile est. In experientia igitur consideremus quomodo se habeat exercitatus in prima die et secunda et sic deinceps. Optima enim natura mensuras omnium offerendorum manifeste adprehensa est. Tantum enim appetit exercitium et taliter quantum et qualiter eidem est opportunum. Et similiter intelligatur circa cibos et somnum et sic de alijs que nostris corporibus offeruntur propter regimen sanitatis. Quod utique verum est supposita bonitate morum. Nam propter maliciam consuetudinis et morum natura temperata potest appetere quid quale et quantum quod eidem non est conueniens. Sed lapsi multum mensuras exercitiorum et ciborum minime naturaliter sunt adepti. Quidam enim appetunt plus exercitari quaz oporteat et quidam minus. Sunt enim quidam naturaliter

Quo exercitium mensurari debet.

Secundum diuersitatem complexionis diuersi catur regimen.

Tertia.

flemmatici et in quorum corporibus frigidi continentur humores et qui
 gore recēti sunt congelati et ociosi effecti sunt. Illi enim appetunt minime
 moueri et exercitari sed sunt somnolenti et ad ocium naturaliter inclina-
 ti et tales exercitando non debent insequi naturalem appetitum. Sunt et
 quedam calidiores et humidiores vel naturaliter vel accidentaliter et cum
 hoc sunt apti ad motum ex membrorum leuitate et organorum abilitate
 Illi utique plus appetunt exercitium et in eodem plus delectantur quam opo-
 teat earum complexionibus. Isti ergo ut immediate dicti non debent pri-
 uum appetitum imitari in mensura exercitij. Nota diuersitatis est haec
 causa: quia secundum quod virtus celestis inuenit materiam dispositam
 operatur in illam. Quantitas autem exercitij quam litteris possumus
 scire est quousque homo sudare incipiat et anhelitus augeri et color cor-
 poris rubescere et membra lassari incipiant et tumor membrorum diminui. Illis ei app-
 retibus debet cessare ab exercitio: et elegi debet exercitium temperatum se-
 dum exigentiam illius qui exercitatur: et uniforme: et equale: in quo omnia
 membra exercitantur: et huiusmodi est exercitium parue pile. Exercitium
 enim fortius corpus nimis euacuat: et debilitatem inducit: et hoc bene ma-
 nifestatur in exercitantes se forti exercitio. Exercitium autem debile eu-
 cuatur: dum non euacuat nec potest per ipsum presumi quod dissolutum est: sed ex-
 citium proportionatum proportionabiliter consumit et dissoluit: et substantiam
 membrorum augmentat et corpus impingat: et vniuersaliter temperat
 et proportionatum exercitium conseruande sanitatis est mirabilis causa.
 Et malicia que propter priuationem accedit exercitij manifestatur in in-
 carceratis: quia eorum facies cacochimice fiunt: et eorum color est impurus
 et omnes operationes eorum sunt lese. Et hoc non solum accedit homini-
 bus: sed anibus cantantibus sicut volucribus in cauernis detentis. Ex-
 ercitium autem quod vni est forte et improporportionatum: alteri est debile: et al-
 teri porportionatum. Huius autem cognitio ab experientia dependet et
 ratione. Si autem aliquis exercitetur alio modo quam exercitio parue pile
 puta pedirando: equitando vel nauigando: semper est laborandum quod omnia
 membra corporis exercitentur: siquidem in quolibet membro est super-
 fluitas tertie digestionis: que per exercitium solet euacuari. Quod si qui
 exercitatur pedirando: bonum est interdum inclinari: et lapides manibus le-
 uare: et interdum proicere: et interdum caput eleuare versus posteriora: et retro re-
 spicere. Et interdum membra extendere: anhelitum continere: et musculorum
 ventris aliquantulum extendere. Nam anhelitum retinendo confortatur
 naturalis calor: et pori aperiuntur: et per eosdem superfluitates expellun-
 tur. Debet autem anhelitus retentio esse cum extensione musculorum pec-
 toris: sed extensio musculorum ventris debet esse parua. Nam per hanc
 extensionem superfluitates pectoris et pulmonis ad membra nutritina ex-
 pelluntur: et per extensionem musculorum ventris superfluitates ulterius
 inferius expelluntur. Sed habentes debile diaphragma caueant a
 constrictione anhelitus: ne superfluitates ad cerebrum mittantur: vnde
 bene apparet in his qui multum laborant in sufflando instrumenta
 tubarum: in quibus vene inflantur in facie: et eorum facies rubedi-
 nem adipiscuntur. Modi exercitiorum sunt valde multi: quos hic
 omnes enumerare non oportet. Solum autem hic dicemus gene-
 rales modos exercitiorum: et eorum exempla ponemus ex quibus

Den icar/
 ceratis

Retentio
 anhelitus

pterunt speciales modi sufficienter intelligi. Dicamus igitur ex primo quod
 numero exercitiorum quoddam est exercitium solum: quoddam autem
 exercitium et opus. Exemplum primi: ut ludus parue pile. Exemplum se-
 cundi: ut fodere: arare et domificare. Amplius exercitiorum quoddam est
 uniuersale totum corpus occupans: et aliud est particulare. Exemplum pri-
 mi ut ludus parue pile: et peditare. Exemplum secundi: sicut vox est exerci-
 tium pulmonis: et stare super pedes est exercitium dorso: et scribere est exer-
 citium manus et terere pedum pro parte et tibiis et sic de singulis. Am-
 plius quoddam exercitium est magnum quoddam paruum: quoddam me-
 diocre. Exemplum primi: ut ambulare longam viam: vel luctari longo tem-
 pore. Exemplum secundi: ut luctari breui tempore: vel ambulare paruum
 viam et breuiem. Exemplum tertii ut ambulare mediocrem viam: vel lucta-
 re tempore mediocri. Exercitium magnum est causa maciei. Mediocre cau-
 sa est augmentationis temperate in carne et calore naturali: sed exercitium
 paruum aliquantulum calefacit. Amplius exercitiorum aliud est velocius
 et aliud tardius: aliud mediocre. Exemplum primi quando aliquis currit velo-
 citer. Exemplum secundi: quando aliquis mouetur lente. Exemplum ter-
 tii: quando aliquis mouetur mediocriter. Exercitium velocius primo calefa-
 cit et postea corpora inspissat et indurat: sed tardum corpora remollit et po-
 stea aperit: mediocre vero corpora in sua natura conseruat. Amplius quod-
 dam est exercitium forte aliud debile aliud mediocre. Forte dicitur dupli-
 ter. Uno modo ex eo quod motus velocius coniungitur magnitudini. Verbi-
 gratia. Si quis currit longam viam velocissimo cursu tale utique dicitur
 exercitium forte. Et ex hoc patet quid est debile et mediocre. Et etiam patet ex
 his que fit operatio exercitii fortis isto modo sumpti et debilis: et medio-
 cris. Alio modo dicitur exercitium forte ex resistantia passi: et in tali exerci-
 tium non cadit velocius et tardum. Verbi gratia. Elenatio magni oneris et si-
 militer luctari cum forti bene resistanti: et vniuersaliter operari circa ma-
 teriam quam plurimum resistantem et non bene obedientem est exercitium for-
 te. Non quia in eo coniungatur velocitas magnitudini: sed ex resistantia
 materie. Et ex hoc patet quid est exercitium debile et mediocre. nam quan-
 do materia non resistit est debile: et quando mediocriter resistit est medio-
 cre. Et operationes istorum exercitiorum patent ex dictis sufficienter. Et
 postquam aliquis per modum supradictum sufficienter fuerit exercitatus frica-
 tio fieri debet. et hec fricatio debet esse multa ad asperitatem declinans
 propter duas causas: Una est ut superfluitates subcutanee emundentur
 ne ab exercitio sunt transmissae. Et alia est ut corpus solidetur et vapores
 non retineantur: ut ab his que ab extrinseco accidunt non alterentur. Et
 debet hec fricatio simul ac velociter fieri: immo si totum corpus simul et
 mel exalarent. Et bonum est ut hec fricatio fiat cum oleo dulci. Et sic
 patet quod fricatio fienda est ante exercitium et post: ad diuersas intentiones. Fricatio
 ante exercitium debet esse mollis et lenta ut durissem non post et ante
 operetur. Sed illa que fit post debet esse multa et ad asperitatem declinans exercitium
 et breuia sufficiant.

Capitulum tertium de fricatione.

Secunda.

Utilita/
tes frica/
tonis.



Capitulo
de morbo

Species
fricatiōis

Fricatio intentionem habet in superflui-
tum tertie digestionis eua-
cuatione sicut est exercitium
Et similiter in caloris membrorum confortatione et
multa alia. Unde sermonem de fricatione in precedenti
capitulo inchoatum complere volumus in isto
capitulo. Primo igitur dicemus fricationis utilitates
propter quas competere potest in sanitatis regimine.
Secundo dicemus fricationis tempus et mensuram
modum. Tertio dicemus fricationis modos et species generales. Sciendum
igitur propter primum quod preter utilitates fricationis dictas in capitulo
precedenti preparantis ad exercitium sunt ipsius fricationis plurime
lie utilitates. Est igitur ipsius exercitii una utilitas communis: puta expul-
sio superfluitatum tertie digestionis. Unde in his que exercitari non possunt
propter corporis debilitatem vel propter infirmitatem alicuius membri spe-
cialis vel propter incarnationem non est fricatio negligenda. Nam per frica-
tionem materia subtiliatur: pori aperiuntur et calor in membris con-
fortatur: et sic superfluitates liberius expelluntur. Et per consequens
bra perfectius nutriuntur: et appetitus vigoratur: siquidem naturalis ap-
petitus incipit a membris tertie digestionis. Amplius sciendum est quod per
fricationem membra rara inspissantur et spissa rarefiunt et dura mollescent: et
lia indurantur et temperata in sua naturalitate conservantur. Corporibus
igitur raris competit exercitium non solum propter expulsionem super-
fluitatum et reliqua que dicta sunt: sed ut aliquantulum inspissentur: et minus
passibilia efficiantur. Et similiter suo modo intelligatur de corporibus
spissis et duris et mollioribus. Amplius est alia utilitas fricationis. Nam per
lassitudo a membris remouetur. Unde hec fricatio est bona post exercitium
immoderatum ex qua aliquis incurrit lassitudinem. Amplius fricatio
uat cum tempus est dormiendi: quoniam corpus alienat et humiditates
iuncturas fluere prohibet. Multum autem sollicitari debemus ne per
rum corpora fricentur cum duricia et asperitate ne forsitan ab augmento
pediantur. Tempus fricationis que fit propter expulsionem superfluitatum
idem est cum tempore exercitii. Et non loquor de fricatione preparante
exercitium: sed de fricatione supplente vices exercitii. Et est diligenter
randum quod secundum diversitatem complexionum et habitudinum et
pororum naturalium et non naturalium diversus est usus fricationis et
sura et modus: ut superius dictum est de exercitio. Unde considerandum
est non solum in ratione sed etiam in experientia: ut de exercitio est declaratum
tum. De speciebus autem fricationis in generali dicendum est quod sunt
simplices: novem compositae. Sunt enim tres simplices secundum qualita-
tatem: puta multa pauca et mediocriter: et tres secundum qualitatem:
ta aspera: lenis et mediocriter. Vel possunt notari si placet fortis debilis et
mediocriter. Fricatio multa est causa maciei corporis et repara-
ta temperate: sed pauca in augmento operationem non habet: sed alio-
tulum calefacit. Operatio fortis et aspera fricationis est obturatio pororum
et duricies corporum. Sed debilis et lenis operatio est apertio pororum
asperitatum corporum remollitio: et media medium tenet inter has. Ex
simplicibus autem proueniunt novem compositae. Nam fricatio multa
ta potest componi cum forti debili et mediocriter et sunt tres. Et similiter pauca

potest componi cum forti debili et mediocri et sunt sex cum primis. Et si
uliter temperata inter paucam et multam potest componi cum debili for
et mediocri inter forte et debilem et sunt novem cum primis. Et quid iste
ricationes compositae in corporibus operentur: satis haberi potest ex sim
licibus. Que etiam species fricationis quibus corporibus competant
ris haberi potest ex his que dicta sunt de exercitio in capitulo precedenti

Capitulum quartum de balneo.



Dist considerationem exercitij et fricatio
nis sequitur consideratio balnei: ex hoc quod balneum mem
bra exteriora lauat a sordicie que in superficie mem
brorum per exercitium forsitan est derelicta. Amplius si
aliquid sit derelictum sub cute quod per exercitium et
fricationem non sit sufficienter resolutum de super
fluitatibus tertie digestionis: per balneum resoluatur
Nam balneum resolvit ea que sunt propinqua cuti.

Ampli⁹ in his que exercitari non possunt vel propter membrorum debilitatem
vel propter incarcerationem vel aliam impotentiam balneum aliquo modo
proplet vices exercitij. Amplius balneum membra exteriora calefacit et
humectat temperate que forte per exercitium et fricationem fuerunt ali
qualiter desiccata et in frigidata. Unde satis est rationabile post exercitium
fricationem de balneo determinare. Sunt autem ipsius balnei aliqua
namenta puta sonum provocare: opilationes aperire: et ventrem resolvere
digestione confortare: et nutrimentum ad cutis superficiem attrahere: et ventrem in
terdum restringere: et fatigationem removere. Amplius balneum interdum calefa
cit interdum infrigidat: desiccatur et humectatur. Calefacit quod obviatio prima
ta actuali caliditate aeris et aque: digestionem humoris frigidi confortando
ad infrigidat resolvendo plus debito calorem et spiritum essentiali frigidita
te aque. Unde et si aqua est actualiter siue accidentaliter calida: naturali
ter tamen est frigida. Unde ex longa sui applicatione ad corpus: corpus in
frigidat et effeminatum facit. Amplius sua humiditate calorem suffocat na
turalem et hebetat. Et sic corpus infrigidat. Amplius balneum sua humiditate
corpus humectat: similiter attrahendo alimentum ad membra: sed resolvendo de
ccat et poros apiendo ex qua apertura calor simul cum humido exhalat. Am
plius scias quod balneum indebite administratum et quibus non oportet his plurima
documenta inferre homini: puta cor debilitare si multum quis moram in eo fecerit
nauseam et syncopas inducere et humores quetos movere: et ad putrefactionem pro
curare: et cum hoc eos ad membra debilia declinare. Unde accidunt apostemata in
culto membrorum: et in superficie eorum. Et comedendi desiderium deicit: et coendi de
clinitas nutritur. Unde possumus concludere quod corpora humana multum repleta humoribus
habentia stomachum et cor debilia et nervos debiles et iuncturas non debent longam
moram in balneo trahere. Amplius scias quod interdum balneo utimur in regimine
mitis ad carnem in pinguedine minuendam et interdum augumentandam. Balneum
nimis in ieiunio administratum corpore existente famelico corpora macre
scere facit. Et balneum cito post cibum completa prima digestionem incho
ata secunda multum iuvat ad impinguandum. Debemus autem eligere
balneum cuius fabrica est antiqua: et cuius aer est amplius et aqua dulcis
Et debet balneator mensurare ignem secundum naturam illius qui bal
neum vult ingredi. Et diligenter notandum est quod balneum suo aere calefa

Documen
balnei.

Electio
balnei

Tertia.

Tempus
balneandi.

Balnei
coitus.

Colerici.

cit et dissolvit: sua aqua humectat: et interdum infrigida t. Unde quia
aer sit humidior: aqua tamen aqua plus humectat. Et hoc contingit
hoc quod corpori perfectius adheret et applicatur. Et hoc etiam contingit
aer naturaliter est calidus: et etiam virtute stellarum semper aliquid
soluit a nostris corporibus coadiuvante eius subtilitate. Debent autem
in balneo bene ordinato esse tres case. Quarum prima est infrigidans
humectans: secunda calefaciens et humectans: et tertia calefaciens et desiccans.
Corpora igitur temperata in quibus non queritur resolutio sed solum
perata calefactio et humectatio non indigent tertia casa: sed prima et se-
cunda: sed corpora in quibus queritur resolutio et corporis maceratio vel de-
catio indiget tertia casa. Tempus autem balneandi in sanitatis regimi-
ne est post exercitium et ante cibum. Nec statim post exercitium aliquis est ba-
neandus donec membra perfecte quiescant. Si autem queramus resolu-
tionem superfluitatum morandus est plus in balneo: et quousque appareat
aliqualis contractio in pulpis digitorum. Quod si solum queratur mem-
brorum calefactio et humectatio: minor mora erit in balneo: et statim cum
membra incipiunt rubere et notabiliter calefieri: cessabitur a balneo. Et
erit multum irrationabile corpori bene carnosio: etate media: et sufficienter
calida super infundere aquam non calidam: sed tepidam. Et hoc enim
lidoritas et humiditas roborantur in membris. Multum autem caue-
debet quod in exitu balnei non bibatur aliquid vehementer calidum: nec ve-
hementer frigidum. Nam primum perducit ad ereticam et paralyticam. Se-
cundum autem corrumpit virtutem membrorum principalium: et foras
perducit ad hydropisim. Amplius in exitu balnei sollicitus esse debet
capitis coopertura et totius corporis: et specialiter in hyeme: ne corpus
ponatur ad recipiendum frigiditatem: ad quam paratum est propter p-
porum aperitionem inductam a balneo. Sunt autem quidem qui ingre-
balneum in ieiunio dubitant ex eo quod colera in eorum corporibus auge-
tur: et his competit ante ingressum balnei recipere bucellam panis in t-
ctam in succo granatorum vel in vino multum lymphato. Et sunt alii qui
ex ingressu in balneum: et specialiter post cibum opilationes incurrunt:
his competit bibere oximel vel syrupum acetosum cum radicibus si fin-
calide complectionis: vel dyatriompiperon: vel dyamentastrum si sint fr-
gide complectionis. Balneum autem ex aquis sapientibus naturam fa-
macorum vel metallorum nullo modo competunt in sanitatis regimine
sed bene competunt in cura multorum morborum. Sed quia non intendo
mus de egritudinum cura: de his balneis nullam faciemus mentionem.
Amplius est diligenter notandum quod in sanitatis regimine interdum f-
stupha: et interdum balneum. Balneum non potest fieri sine aqua sed si-
pha bene fit in aere sine aqua. Et huius proprietates est magis resolvere
humectare: imo talium stupharum proprietates est multum resolvere: et
xime superfluitates exterius existentes. Et quia in talibus stuphis into-
dum ponuntur herbe secundum diversitatem herbarum in eis positarum
diversi sunt earum effectus: quandoque enim multum calefaciunt: et simi-
ter efficiunt: et competunt in multum frigidis et humidis. Quandoque mu-
tum calefaciunt et non multum desiccant. Quandoque non multum cale-
ficiunt: sed multum desiccant secundum quod sit medicus ordinare cognoscere
virtutes simplicium ingredientium stuphas et modum mensurandi ignem

Unde quod exigentiam eius qui stuphari debet. Sed bene scias quod nullomodo debet fieri stupha corpore existente plectorico: nec immediate post cibum nam corpore existere plectorico per stuphas humores discunt et ebullit et preparantur ad putrefactionem: et possunt apostemata causari in membris occultis et manifestis. Et si aliquis stuphetur post cibum immediate impeditur cibi digestio ex eo quod calor mouet a centro ad circumferentiam. Et sic calor mouet a loco digestionis: et per consequens digestio debilitatur et alimentum trahitur indigestum ad membra et possunt causari opilationes: apostemata: febres et cutis defedationes et hydropes. Ulterius diligenter notandum quod balneum quo indiget corpus temperatum supposito conuenienti exercitio et sufficienti et similiter fricatione non est nisi ad abstergendum odoris vestigia per exercitium derelicta et ad calefaciendum et humectandum membra temperate. Unde tale balneum debet esse ex aqua tepida vel quaz solis feruoribus estas calefacit. Non enim debet esse notabiliter calida. Et bonum est quod in balneo persciantur rose vnico feruore bullite. Notandum quod coluine sedum ad preservationem visus et auditus et memorie sepe lauari debent atque fricari cum aqua moderate caliditatis et talis lotio fieri debet in sero circa introitum lecti longe a cibo et specialiter diebus illis quibus non cessare contingit. Amplius capitis lotio non tardet ultra viginti dies: nec fiat hebdomada plus quam semel et nunquam stomacho repleto sed ante prandium vel longe post ipsum et ante cenam si proponatur cenare.

Indigestio cibi.

Lotio pedum multum prodest

Capitulum quintum. De coitu.



Coitus secundum veritatem iuuamentum habet in expulsiōe supfluitatum tertie digestiue quare competit in sanitatis regimine. Unde non approbo opinionem dicentium coitum non conuenire in sanitatis regimine sed bene verum est quod coitus non habet necessitatem sicut exercitium cibis et potus et similia. Nec enim communia sunt cuilibet etati: sed coitus soli adolescēti. Immo etiam adolescētes possunt viuere sani sine vsum coitus sicut apparet in multis viris venerabilibus qui toto eorum tempore viuunt continent et sani: si saniores essent si vterentur coitu moderato. Nam supfluum alimenti in quanto et non in quali quod post eius fermentationem in vasis seminariis sperma notatur coitu puenientius expellitur: nec est alia via puenientior. Unde periculum est si per coitum non expellatur quod putrefiat et ad aliquod simile veneno conuertetur et causabit pessimas egritudines et tandem mortem. Per exercitium enim et balneum et fricationem expelluntur supfluitates membrorum tertie digestiue: supfluitates quidem membrorum et immundities que sunt supfluitates in quali. Sed est quedam membrorum tertie digestionis supfluitas quedam puritatis et purissima ad conseruationem speciei ordinata hec autem conseruata per coitum expellitur in animalibus perfectis. Nec est alia via magis conueniens ad hanc supfluitatem expellendam: quia non sufficit exercitium: fricatio vel balneum: et specialiter cum calida materia est fermentata in vasis seminariis. Et sic patet quod coitus est iuuatius in sanitatis regimine. Sunt autem ipsius coitus alia iuuamenta specialia quam plurima. Corpus enim repletum alleniat et animam hylarem et quietam facit: iram quoque sedat et sollicitudinem remouet. Immo quando

Coitus expellit supfluitates corporis.

Tertia

Amor: he
reos.

Coitus de
bet fieri a
naturali
appetitu

q̄ eius occasione quis a melācolia sanatur ⁊ appetitum cibi confortat et
sommū inducit. Amplius si quis amore mulieris tm̄ tristetur vt quasi ac
morrem deueniat vtatur multo coitu licet ea nō poriat quā diligit sedat
eius furiosus amor. Amplius coitus moderatus caput alleniat oēsq̄ sen
sus. Et nō solum cōfert in sanitatis regimine: sed etiam in cura multarū
egritudinū. Sed q̄ nō intendim⁹ in hoc ope de egritudinū cura: de hu
iusmodi vrilitatib⁹ nullā penitus faciem⁹ mentionē. Et dimissione aute
coitus specialiter cōfueris accidit corp⁹ grauitas ⁊ frigiditas ⁊ difficul
tas motuū ⁊ finaliter ex coitus dimissione ⁊ sp̄matis abūdantia ⁊ frigo
re ip̄ius ⁊ ei⁹ p̄uersione ad venenosum sicut accidit mulierib⁹ ex coartatiōe
matricis. Et est notandū q̄ sicut coitus moderatus habet plurima inus
mēta: sic ⁊ imoderatus ⁊ quib⁹ nō puenit infert plurima nocumēta. In
ducit enī plus debilitatē omī alia euacuatiōe ⁊ appetitine destructionem
et oculorū p̄canitatē ⁊ cerebri ⁊ sensuū in eo situatoz debilitatē. Corpa aut
habētes sicca: a coitu cauere debēt vt ab inimico mortali quo si q̄s mul
tū vsus fuerit ethicā incurret. Etiam p̄ualescentes ⁊ debiles ⁊ macri et
quoz ventres ⁊ ilia subtilia sunt: ⁊ quoz nerui sunt debiles ⁊ vene stricte
coitū oīno euitare debēt. Coitus enī multus ⁊ frequēs neruis nocet et
oculos ledit ⁊ vires corporū destruit ⁊ ad senū cito adducit: vñ parum cō
petit senib⁹. Corpa aut fortia ⁊ grossa sanguie plena: ⁊ venas amplas: ⁊ co
lorem rubeū hñtia ⁊ pilos multos sunt sufficiētia ad actū coeūdi: ⁊ sp̄al
ter in fine adolescētie ⁊ maxime si vtant nutritiōib⁹ ⁊ augmentantib⁹ sp̄
ma ⁊ bibūt vinū dulce ⁊ grossum ⁊ multū dormiāt. Et est diligēter notan
dum: q̄ coitus q̄ puenit in sanitatis regimie debet esse a sano desiderio et
naturalī qd̄ quidē desiderii nō excitat appetit⁹ aut intuitus aut p̄urrit
aut ardor aut fortis imaginatio: sed p̄mouet ip̄m multitudo sp̄matis ex
repletionē cū spū ventoso ⁊ ad hoc innat sanitas virtutis. Debz aut quis
intantum vri coitu q̄ eius appetit⁹ cōfortetur ⁊ sentiat se leniorem ⁊ ma
gis gaudentē. Nō debet aliquis vri coitu corpe repleto cibo vel post cibū
immediate sicut nec tūc est exercitandū: nec corpe existente multū fameli
co. Hoc enī magis est p̄uecās calozē naturalē ⁊ magis trahens ad liquefa
ctionē ⁊ ethicā ⁊ arefactionē. Et si contingat aliquēz imēdiate coire poss
cibum oportet prius ip̄m moueri paulatim vt cibus descēdat ⁊ nō nater:
deinde dormiat. Hora aut coeūdi est post cōplementū prime ⁊ scēde digesti
ne: ⁊ tertia iam incoata: ⁊ debet expleri coitus ante exercitiū ⁊ fricationē.
Et si aliquis in principio noctis esset in tali dispositione tūc esset hora ad
coitū cōuenientissima. Nam somn⁹ succedit ei longus ⁊ accrescit cuz eo
virtus ⁊ semē figit in matrice: ⁊ sic p̄ceptio fit facilior ⁊ ex coitu minor in
ducit debilitas. Amplius q̄ vult coire nō debet esse vehementer calefact⁹
nec infrigidatus licet post calefactionē minus noceat q̄ post ifrigidatio
nē. Ampli⁹ coitus euitari debz post oēs euacuatiōes fortes: sicut post vo
mitum ⁊ fluxum ventris ⁊ fleubothomiā ⁊ post fortes motus corporeos
Et silr cū istat post fortē irā: vel tristitiā: vel post forte gaudiū: ⁊ similiter
t̄ps emissionis stercoris ⁊ vrine. Ampli⁹ mulieres p̄gnātes dubitātes ab
orsum: euitent coitū: sicut prius dixi. Amplius in actu coeūdi nullomodo
retineatur sp̄ma. naz hoc p̄ducit ad destructionē vni⁹ vel duoz testiculoz
Ampli⁹ diligēter est notandū: q̄ in coitu sunt figure incōueniētes ⁊ cōtra

Modus
coitus.

gem et mores ex quibus corpora possunt incidere in maximū nocumētū
cut si ascendat mulier supra virum mala est figura: ex ea em̄ timetur in-
ratio et vlceratio virge et vesice propter laborem eiectionis spermatis et
ubitur cursus alicuius in virgam ex parte mulieris. Nec igitur coitus
igura penitus est fugienda. Conuenientem autem figuram coeundi et vri-
em ad accipiendū dixi in capitulo de regulis appropriatis sexui femineo.
Amplius scias qd coitus cū infantibus et masculis est sedus et abomia-
ilis in lege phibitus et ex vna parte est nocibilior et ex alia minus noci-
us. Nocibilior quidem quia natura indiget in tali coitu motu plurimo
et sperma educat: et minus nocius est qd minus expellitur de ip̄ermare
p̄ cum muliere et cum minori delectatione. Etenim delectatio magna in
coitu vna est de causis inducentibus debilitatem: et ideo qui plus in coi-
u delectantur plus debilitantur.

Capitulum sextum.

De comestis et bibitis.



Ordo naturalis expostulat vt post p̄dicta
determinetur de comestis et bibitis si quidē post ex-
ercitiū et balneū et coitum cibus est necessari⁹: similis
et potus. Primo igit determinabitur de cibo et potu in
generalis. Secūdo aut de singulis manerib⁹ ciborum et
potus in speciali vt nostra doctrina sit sufficientior
et vtilior. post em̄ exercitiū coitum et balneū corpus
remanet inanitū cui debet refectio. Unde videm⁹ qd
post tales inanitionē sequit̄ cibi appetitus et desideriū. Naturalis em̄ ap-
petitus incipit inanitione mēbroz et terminat̄ ad inanitionē factam ver-
us orificiū stomachi ad quā sequitur sensus talis inanitionis q̄ fames
appellatur et desideriū. Et h̄mōi fames inducitur ad ostēdendū necessita-
ez cibationis. Post hoc ergo desideriū nō est tardāda cibatio eo qd famē
tolerare: stomachū replet malis humoribus. Attrahit em̄ stomachus ex
vicinis partib⁹ qua retinent qd melius et vtili⁹ est: et dimittunt abire qd
dei⁹ est et inutile. Unde videm⁹ manifeste qd famē tolerātes multas aquo-
sitates emittunt ab ore et satis cito desinit eoz appetitus ppter repletio-
nem malā et innaturalē in stomacho causatā. Unde appetitū deficiēte nō
est comedendū sed accipiendū inlep: vel syrupū acerosum vel aquā calidā
et tantus est ieiunandū donec appetitus venerit vel excitetur. Et redeat
quibus recte pactis comestio subsequi debet. Et est valde cauendū ne sto-
machus a deo repleat qd tendat sine torqueatur multū grauetur et anhe-
ritus angustietur et pulsus velocitē. Et similiter repletio nauseatina et
fastidium inducēs multū est euitāda et specialiter ex malis nutrientibus
Nam si fastidium sit ex grossis nutrientibus pueniunt in iuncturaz dolo-
res et renum et podagra et asma et grossicies splenis et epatis et vniuersali-
ter egritudies fleumatice et melacolicę. Et si fastidiū sit ex humorib⁹ sub-
tilibus pueniūt febres acute et maligne: et apostemata multū acuta. Dul-
tum igitur euitanda est repletio nauseatina. Non igitur est comedendū
quin locus remaneat vacuus in stomacho: nec ex toto debet desiderium
sopiri: sed retineri debent aliquę reliquie appetitus et hoc specialiter est
obseruandum in habentibus appetitum fortem. Sunt em̄ quidā quoz

Cibatio
nō est tar-
tanda: p̄
desideriū.

Tertia

De vacui-
tate sto-
machi.

Dieta.

Mutatio
consuetu-
dinis.

appetitus naturaliter inclinans eos multū sopitus est. Et isti forte plures debent comedere quā appetunt. Et in hoc multū consideranda est experientia que omnium rex secundum dictum commune magistra est considerando hoc est aduertēdo circa subtilitatem et quantitatem cibi quā quantitatem aliq̃ pfecte et etiam meliori modo sine corruptione pot̃ digerere secundum plures dies. Nam quantitas offerendorū nō potest certis litteris denotari. Et si aliquis forsan hanc repletionē nauseatinā incurrat statim euomat. Et si forsan euomere nō possit somni et exercitij incrementū recipere debet. Et sumenda sunt que ventrē solvunt: et sequenti die parū sumendū est de cibo. Amplius multū considerari debet quod appetitus nō sit ebriosi vel fastidiosi. Talis enim appetitus nō est prece suscipiendi cibum: unde recurrendū est ad alia signa. scilicet quod sentiat stomachum vacuum et quod expulse sint egestiones cibi prioris et quod rine sint digeste. His enim apparētibus tempus est recipiendi cibū dato quod nō vigeat appetitus et specialiter si aduenerit hora in qua p̃suevit cibari et nō acciderit error in priori cibo vel in aliqua quod digestio nem impediuerit prioris cibi. Et est diligenter notandū quod quidā sunt indigentes plurimo cibo et quidā pauciori et quidā mediocri. Nam habentes calorem fortē et corpus magnū et multū exercitantes et vniuersaliter habentes virtutes naturales cibarias fortes indigēt multo cibo. Et per oppositum quorū calor est debilis et corpus parū et virtutes cibarie sunt debiles et parū laborantes indigent paucō cibo. Et mediocres inter istos indigent mediocri cibo. Hoc igitur est quod potest declarari de cibi quantitate per rationem. Nō tamē debet p̃termitti experientia sicut prius de fricatione et exercitio dictū est: et sicut dictum est de multo et paucō sic suo modo intelligatur de subtili et grosso. Nam habentes calorem fortem et mēbra dura et virtutes cibarias fortes et multū laborantes indigēt cibis grossiorib⁹ cuiusmodi sunt carnes bouine porcine et anatū et similia. Et per oppositū quorū mēbra sunt debilia: mollia: humida: et rara: et calor debilis: indigēt cibo subtili cuiusmodi sunt oua forbilia et aqua carnis. Et mediocres indigent mediocri cibo. Etiam dico quod quidā sunt indigētes cibo multo nutrimenti: quidā pauci: quidā mediocris. Homines macilienti quorū calor est multum resoluēs et laborantes multū indigent cibo multū nutriente cuiusmodi sunt oua forbilia et oua dura et aqua carnis. Et per oppositū homines pingues pleni siccitate habentes carnes humidas nō multum laborantes et habentes calorem obtusum et lentū: indigent cibis pauci nutrimenti cuiusmodi sunt olerū genera et fructū et casens et mediocres indigent mediocri: sicut enim se habet extremū ad extremū ita mediū ad mediū. Amplius sciendum est quod omēs homines indigent cibo boni nutrimenti. Unde si aliquis vtatur cibis mali nutrimenti quis ei forsan in presenti non noceant vel propter consuetudinē vel virtutū fortitudinē et digestiue bonitatem in posterum tamen ad malas veniet egritudines. Quidam tamen sunt qui propter consuetudinē et quandā nature proportionabilitatem preeligere debent cibum parū deteriozem. Unde si quis consuetus sit vti malo cibo nō subito debet mutare consuetudinē sed paulatim. Quod si forsan consuetudinē mutare nō possit propter aliquam causam specialem bonum est quod sollicitus sit in purgando humores qui generantur a tali cibo et sic preseruabitur ab infirmitate. Si autē cibus consuetus et desideratus nō sit malicie notabilis nō mutetur. Nam maliciā parua corrigit natu-

ram bonitate digestionis et longitudine consuetudinis. Sed si fuerit malicia notabilis et magna non est corrigibilis a natura. Unde falsum opinantur credentes malum cibum notabiliter longitudine temporis et bonitate appetitive posse corpus in sanitate debita conservare sine operationum sensibili lesione. Dicamus igitur recapitulantes de compositis quod in simplicibus dictum est quod quidam sunt indigentes cibo multi nutrimenti facili digestionis et boni chymi cuiusmodi sunt ova forbilia et aqua carnis et visum odoriferum et subtile. Et talia cibaria competunt habentibus digestionem debilem et a quorum corporibus facta est plurima resolutio cuiusmodi sunt pualescentes et indigentes augmento et universaliter debilem digestionem habentes: et quorum corpora sunt multum resolubilia et calore extrinseco et intrinseco. Alii sunt quibus competunt cibi multi nutrimenti et difficilis digestionis: boni chymi cuiusmodi sunt caro annualis agni et ova dura et similia. Hec enim competunt hominibus quorum calor est fortis valde et multum exercitantibus et habentibus fortem digestionem et membra dura et spissa. Est autem tertium membrum his primum quod nullis pervenit iudicio meo puta cibus multi nutrimenti facili digestionis et mali chymi puta caro equina et anatini et vaccina. Sunt etiam alia cibaria que sunt difficilis digestionis et mali chymi et pauci nutrimenti que etiam in sanitatis regimine non perveniunt et huiusmodi est caro salita et falsi pisces. Amplius sunt quidam indigentes cibo facili digestionis et pauci nutrimenti et boni chymi cuiusmodi sunt lactuca et malagranata et similia. Et hec cibaria competunt corporibus repletis et humidis debilem digestionem habentibus a quorum corporibus non multa fit resolutio habentibus tamen appetitum bonum. Sunt etiam alia cibaria que sunt subtilis nutrimenti et non multi et mali chymi que non competunt in regimine sanitatis cuiusmodi sunt pulmo et caro animalium brutorum et sic de similibus de utero noviter egredientium. Amplius est consideranda cibarioz qualitas actualis et virtualis. Actualis quidem quod in hyeme recipiuntur cibaria actu calida et in estate frigida et in mediocribus temporibus mediocria. Et similiter intelligatur de virtuali qualitate. Nam calida virtualiter competunt in hyeme: et frigida in estate: et in temporibus mediocribus mediocria. Amplius qui multum lapsi sunt in calido: indigent cibis frigidioribus et e contra. Et similiter intelligat in alijs qualitatibus. Amplius dico quod illa que possunt esse causa corruptionis digestionis sunt evitanda: puta voracitas comestionis et mala masticatio: ferculorum multa interruptio diversorum ciborum et potuum in eadem mensa sumptio: et multa potatio: et mala ciborum ordinatio puta si grossa cibaria recipiantur ante subtilia: nam ex hoc corrumpitur digestio: nam subtile digerit ante grossum et non habens exitum in stomacho permanet plus debito et sic in stomacho corrumpitur et alium cibum nondum digestum corrumpit. Unde rationabilis est primo recipere subtilia cibaria et post grossa. Si enim digerantur ante grossa descendant a stomacho et grossa remanebunt in stomacho usque ad perfectam digestionem. Nam via que patet subtiliori non patet grossiori. Sed hic est diligenter notandum: quod si aliquis parum comedere velit de grossioribus et multum repleri de subtilioribus tunc puto rationabilis esse premittere cibaria grossa. Nam in pauca quantitate eque cito digerunt sicut subtilia in magna quantitate. Unde in tali casu non est inconueniens premittere grossa. Si quis autem sciret proportionare passum ad agens uniformiter ita quod tanta esset diversitas inter grossum et subtile

Recapitulum.
latio.

Cibaria
mali chymi.

Dieta videnda.

Tertia

sicut est inter calorem fundi stomachi et eius oris tunc melius esset ponere grossum in fundo et subtile in orificio: sed quia hoc quasi est impossibile: error qui potest contingere permittendo subtile est minor et magis corrigibilis: ideo subtilis premittendus est grossus. Amplius considerandum quod cibus primus non sit lubricatus: nam postquam erit digestus vel ante digestionem trahet secum alium cibum indigestum. Amplius est advertendum quod in principio non sumatur fructus stipitici puta coctana mespila: nam ex hoc possit impediri descensus cibi a stomacho. Unde verum est quod habetibus ventrem fluxibilem interdum talia competunt in principio comestitionis. Et universaliter considerandum est quod sanitatis conservator: nec fructibus nec oleis vti debet nisi in paucis quantitate. Generant enim sanguinem aquosum et porosum et putrefactioni aptum. Si tamen fructibus vti contingit in sanitatis regimine fructus stipitici sunt postponendi alijs cibis sicut coctana pira: amigdala: castanea: mespila: auelane. Et fructus laxativi sunt permittendi: puta uia: ficus: pruna: persica: mora et similia: nec post tales fructus est immediate comedendus alius cibus sed parum morandum et supbibendum aliquid subducivum ventris puta mellicarum vel vinum dulce vel aliquid brodium subducivum. Tales autem fructus maxime operantur his qui aliqualem estuationem sentiunt in stomachis eorum vel propter naturalem proplexionem vel propter laborem vel balneum vel aliqualem infirmitatem. Nolumus autem plus loqui de fructibus: quia de his inferius specialiter loquemur. Amplius scias quod in regimine sanitatis non multum competunt saporum diversorum delectamenta et quibus homo plus de cibo recipit quam deberet: unde talia saporum delectamenta plus conveniunt egris quam sanis. Amplius scias quod in regimine sanitatis non competit aliquod medicinale nisi forsitan ad preservandum sed non ad conservandum. Nam sicut de proprietate cibi est conservare sic de proprietate medicine est alterare. Caueat igitur sanitatis conservator ne utatur aliquo sapiente naturam medicinalem ad conservandum licet bene ad preservandum. Amplius hora comestitionis eligatur frigida: et si non sit possibile eligatur locus frigidus et sint hore comestitionis tales quod post eas homo possit quiescere et tandem dormire. Non etiam immediate post cibum est exercitandus sed primitus quiescendum et dormiendum: non tamen vituperatur sed laudatur lenta post cibum deambulatio ante somnum ut cibus descendat ad fundum stomachi in quo fit cibi melior digestio. Quod antequam innat de cibi digestionem est primitus parum dormire super dextrum latus ut cibus descendat ad fundum stomachi: deinde longiori tempore super sinistrum ut digestio perficiatur. Nam decubitus super sinistrum latus plus confert digestionem omni alio decubito. In hoc enim decubitu epas amplexatur cibum in stomacho sicut gallina ouum in pulli generatione et sic cibus in stomacho perfectius digeritur. Sed in fine somni iterum iacendus est supra dextrum ut facilius cibus transeat ex stomacho ad epas et superfluitates digestionis prime facilius descendant. Et est diligenter norandum: quod si contingat aliquem a proposito vel casu recipere cibum alicuius male qualitatis: puta acetosum vel salsum vel ponticum satis est rationabile post eundem recipere cibum qualitatis contrarie ad corrigendum maliciam primi: verbigra si quis recipiat cibaria acuta vel salsa et post talia recipiat ante eorum digestionem res humectantes et dulces vel saporem non habentes erit convenientius regimen: similiter intelligatur in alijs. Amplius summopere est ca-

Cibus primus non sit lubricatus die de fructibus.

Electio fructuum

Medicinalis cibus prohibetur

hora comedendi.

nerdum q post cibum digestionem inchoata nō bibatur aqua vel vinuz in
 qritate notabili. Hoc em̄ est de his que digestionis ebullitionem interrū
 punt: sicut patet in potu bulliente si super infundatur aqua frigida: nam
 ab ebullitione desistit. Non est igitur bibendū donec cibus de stomacho
 descendat. Quod si sitis necessitatem inferat modicum aque sugendo pau
 latim bibat. Et q̄ro plus fuerit frigida tanto minus de ea sufficiet. Am
 plius scias q bibere vinum post cibum digestionem iam inchoata facit ci
 bum descendere de stomacho indigestū z facit accidere opilaciones z ea
 rum egritudines z similiter putrefactionē. Amplius scias q vehemēter
 famelicus nō debet primo recipere cibum subtilem quod si contingat sto
 machus terrebitur a grossio nec postea grossum recipere aut digerere po
 test: et sic cibus grossus corrumpetur. In tali igitur casu premittendus
 est cibus grossus paulatim ante subtilem: non enim postea terrebit sto
 machus a subtili. Causa autem huius accidentis est ex eo q in stomas
 cho vehementer vacuo et inanito est calor intensus cui cibus subtilis nō
 est proportionatus. Unde recepto cibo subtili propter stomachi forte des
 lerium et cibi subtilis paucam resistantiam dispergitur cibus ad omnes
 partes stomachi: et sic quedam repletio fantastica causabitur: z sic os sto
 machi claudetur z terrebitur natura a cibo superueniente grosso nisi tan
 um interueniat spacium q̄ predicta repletio fantastica sedetur que non
 aufabitur si cibus grossus recipiatur primitus in stomacho vehementer
 vacuo et famelico. Nam cibus grossus non dispergitur propter ei⁹ ino
 mediantiam ad singulas partes parietum stomachi sicut dispergebatur
 ubrilis. Amplius sollicitandum est in numero comestionuz: et in hoc
 est multum consideranda consuetudo: et obseruanda vel paulatim si sit
 mala omittenda. Qui igitur in die semel comedere consuevit non subi
 o se transferre debet ad duas comestiones nec contra: subita enim mu
 tio nocet. Et in hoc multum considerare debet medicus: verum experi
 entum illud quod potest ratione sciri: hic breuiter est dicendum. Quis
 am enim sunt quibus vnica comestio in die naturali videtur sufficere.
 erbigratia quorum virtutes sunt satis fortes et membra non multum
 resolubilia. Et parum exercitantes se et qui sufficientem cibum vnica
 comestione sumere possunt: et in humoribus fleumaticis habent habun
 antiam. Et vniuersaliter quorum corpora humida sunt et cum hoc ci
 aria quibus vtuntur sint aliquantulum grossa et viscosa et multum nutri
 tia et non faciliter resolubilia. Talibus enim sufficit cibus semel in
 die naturali: nisi consuetudo sit ad contrarium. Sunt autem alij quibus
 on sufficit vnica comestio in die naturali: sicut illi quorum virtutes sūt
 biliores et calor est fortis ad digerendum z resoluendum: z quorum cor
 ora sunt resolubilia et macillenta z ad ficitatem naturaliter vel acci
 entaliter declinantia z vtentia cibo subtili facile resolubili z digestibili
 et in q̄ritate minori z cum hoc multum exercitancia. His igitur com
 estibina comestio in die naturali. Mediocribus vero z temperatis suf
 cit comedere ter in duobus diebus sic q̄ inter vnā comestionē z aliaz
 ternueniat spacium sedecim horarum. Sunt autem quidam quibus nō
 fficit bina comestio in die naturali. Sed debent cibari ter vl' quater in
 e: sicut senes z cōnalescētes z pueri z vniuersaliter debiles. Senes em̄
 t sicut lucerna extinctioni parata. Unde si eis cibus nō sepe admistre
 f iij

Famelico
 et grossis
 cibariis e
 reficienda

Regula
 numeri
 comestio
 num.

Senes et
 pueri z cō
 nalescētes
 sepius et
 paruz co
 medere de
 bent

Tertia.

**Etatus cō-
sideratio.**

**Grossa ci-
baria.**

**Triplex
potus**

**Potus p-
mixtus.**

**Potus se-
datius.**

**Potus de-
latius.**

tur calor consumitur et extinguatur et si una vice multum administretur eorum calor suffocatur unde isti indigent sepe comedere et parum. Edua-
lescētes sunt hūmōi: indigent em̄ cibo ut deueniāt ad p̄p̄iū statum: sed q̄a
eorum calor est debilitatus nō possunt multū cibū simul digerere. Bonū
est igitur q̄ parciat eorū cibū ut corpus confortet et calor naturalis non
laboret in digerēdo et eadem ratio est in pueris. Complexionib⁹ igitur ho-
minum cōsideratis dicemus q̄ fleumatici meli⁹ possunt ieiunare et coleri-
ci minime: sanguinei autē et melancolici mediocriter nisi q̄ melancolici ma-
gis se tenent ex parte fleumaticorū: et sanguinei ex parte colericorū. Et in-
ter hos om̄s temperati mediocres existūt. De etatibus etiam patet q̄ in-
fantes et specialiter animosi minus possunt ieiunare et senes a senectute
maxime et mediocres se habent medio modo. Nec igitur sunt que sc̄dm ra-
tionem dicere possum⁹ de numero cōmestionū. Est autē diligenter notan-
dum: q̄ sunt quedā cibaria que nō sunt simul edenda puta lac et acetum et
vniuersaliter acetosum: nec lac et pisces: nec lac acetosum cum raphano:
nec carnes volatiliū post risum conditū cum lacte: nec vti debem⁹ oleo
vel pinguedine in cōdimēto ciborū q̄ in ereo extiterūt vase. Ampli⁹ mul-
tum est considerādum quādo competunt cibaria grossiora in mane vlt⁹ in
vespere. Et saluo iudicio meliori puto q̄ nisi reuma impediāt q̄ vespere
grossior cibū et maior in q̄ritate cōperit et specialiter supposita nocturnū
longitudine sufficiēti et q̄ homo dormiat de nocte. Nā digestio fit in quie-
te: et in somno quiescūt virtutes aīales et fortificātur naturales. In som-
no em̄ melior fit digestio in stomacho in epate et in toto corpore sed suspe-
cti de reumate abstineant a cena aut parum cenent et longe a somno.
Amplius diligenter est notandum: q̄ aliquis volens sanitatem cōserua-
re nō multū bibere debet: nec in principio mense nec in medio sed differ-
re debet potum vsq̄ p̄pe finē comestionis et tūc tantum bibendum est q̄
vera sitis sedetur. Est autē vera sitis quedā estuatio in stomacho causata
ex cibo recepto qui habet quodāmodo stomachū calefacere et exsiccare.
Est enim fames appetitus calidi et sicci: et sitis frigidi et humidi: et q̄ talis
estuatio maxime contingit circa finem comestionis. ideo tunc est biben-
dum et nō ante nisi parum. Sciendū autem q̄ triplex est potus: quidam
enim est permixtiū alius sedatiū: et alius est sitis delatiū. Potus
igitur permixtiū potest recipi simul cū permixtiū cibo. Unde saluo
meliori iudicio puto q̄ talis potus non debet differri vsq̄ ad finem come-
stionis sed debet recipi in principio medio vel fine. Et iste potus maxime
competit quando sumuntur cibaria grossa actualiter sicca et virtualiter
sicut patet in laborantibus comedentibus panem siccum. Sed potus si-
tis sedatiū regulariter et in hominibus bene dispositis debet differri
vsq̄ ad finem comestionis. tunc enim est vera sitis propter estuationem
cibi calidi et sicci. Non em̄ multum rationabile est q̄ simul vigeat sitis et
fames: q̄ sunt appetitus ad contraria. Potus autē delatiū maxie cōpe-
tit cōpleta prima digestione: et tūc regulariter nō est malū bibere ut cib⁹
facili⁹ trāseat a stomacho ad epar et p̄paret stomach⁹ ad recipiendū aliū
cibū: et si forsan p̄rigat aliquē sitire nō p̄cedere comestioe et sine fame pōt
p̄noscari a medico sitis illa esse inaturalis: et in tali casu interdū pōt cō-
petere ante cibum: sed quia hoc exiit limites regiminis sanitatis nō plus
loquimur de isto. Pot⁹ autē q̄ regulariter cōperit in regimie sanitatis nō

est aqua sed vinum vel aliquid porportionabile vino: puta cernesia vel cerasarium vel pomerium vel mellicratum vel aliquid simile: quibus omnibus vinum est melius. Et quia de his omnibus inferius tractabitur in speciali volo transire. Vinum autem quo vti debemus in regimine sanitatis non sit acutum nec igneum: nec grossum: nec dulce: et in estate sit album vel roseum: et in hyeme rubeum vel subrubeum et sit clarum et subtile et saporis amicalis et odoris suavis. Et est hic diligenter notandum quod quorundam magistrorum opinio est quod magis eligendum est vinum debile si ne aque admixtione: quod vinum forte cum aqua fractum et specialiter corporibus temperatis colericis et sanguineis: sed istorum opinioni nullatenus acquiesco. Nam vina debilia cuiusmodi sunt gallicana multum sunt corruptibilia. Unde facillime corumpuntur. Et huius rei signum est quod si vinum debile gallicanum dimittatur in aere per noctem in mane inueniuntur corruptum. Unde puta quod vinum forte fractum cum aqua multum est convenientius in sanitatis regimine nisi casu in quo vinum debilius non sit adeo debile quod sit nimis corruptibile in natura sua sicut vina gallicana. Ex his igitur patet quod nectar non competit in regimine sanitatis in via potus. Et vniuersaliter vina sapientia naturam alicuius pharmacorum vel ratione vasis vel admixtione permixtionis. Etiam patet quod vinum novum defecatum seu clarificatum magis competit in regimine sanitatis quam vinum antiquum. Et est notandum diligenter quod interdum aliquis patitur sitim mendosam in qua non estuat officium stomachi sed guttur et pulmo arescit et os et palatum vel propter puluerem aut motum aeris et calorem et siccitatem. Et in tali casu non repedit bibere sed sufficit gargarizare vinum bene lymphatum aut aquaticum propter partes predictas humectandas: vel si magis placet succosos fructus iasticare et abscere vel modicum succi deglutire propter gutturis asperitatem et ariditatem erit expediens. Amplius scias quod in tali siti internum inuadat attractio aeris frigidi per os et nares. Et est diligenter notandum quod secundum diuersitates complexionis etatis et sic de singulis attenditur diuersitas in administratione vini vel potuum aliorum. Quibusdam enim complexionibus competunt vina fortiora et quibusdam debiliora: et quibusdam plus quibusdam vero minus: et quibusdam grossiora et quibusdam subtiliora. Et similiter intelligitur de etatibus et alijs. Homines igitur calidioris complexionis indigent vinis debilioribus et subtilioribus et indigent maiori quantitate. Et homines frigidioris complexionis indigent vinis fortioribus et minoris quantitatis. Amplius habentes nervos debiles indigent vinis debilibus: et habentes cerebrum forte nervos fortes seari possunt vti fortioribus. Amplius debiles indigent vinis et potibus magis nutritiuis et fortes minus. Amplius melancolici indigent bonis visis. Tunc quia frigidi et vinum calefacit. Tunc quia tristes et vinum letificat. Tunc quia paucos spiritus et eos vinum multiplicat. Quantitas autem medicamentis potus quem homo habet recipere in mensa ad sitim sedandam et ad cibi permixtionem est quattuor librarum minutarum: sicut quidam sapiens estatur et experientia docet. Sed quantitas potus offerendi sicut nec aliorum potest litteris certis scribi: sed coniectura veritati propinqua. Quidam enim vident quibus sufficit minor quantitas et quibusdam maior: et in hoc multum debet attendi quantitas cibi et qualitas. Nam secundum aliam et aliam cibi quantitatem qualitas diuersificabitur potus quantitas: sicut etiam diuersificatur sitis

De vino.

Opinio alicuius quorum

Nectar non competit

De siti mendosa

Consideratio circa etatem et consuetudinem

Tertia

naturalis. Unde qui plus comedunt et cibaria maiorem estuationem in stomacho inducunt plus sitiunt et indigent ampliori potu. Et quanto sitis est maior et intensior ceteris paribus potus debet esse debilior et in quietate maior et econverso. Amplius in exhibitione potus debet multum considerari qualitas et quietas stomachi capientis. Habentes enim stomachum siccum multum sitiunt et magnam quantitatem potus sustinere non possunt. Et contrarium est de habentibus stomachum humidum. Nam isti paucum sitiunt et magnam quantitatem potus sustinere possunt. Hec igitur generalia sufficiunt de cibo et potu: quia inferius de his tractabitur in speciali.

Capitulum septimum de somno et vigilia.

Utilitas
somni.



Consequens est determinare de somno et vigilia ei contraria. Nam regule ex his sunt in regimine sanitatis plurimum necessarie. Est igitur diligenter notandum quod somni utilitas in sanitatis regimine si debite administratur est valde magni boni. Est igitur pendere quanto somno natura iuuetur. Nam per somnum calor naturalis qui operatur circa materiam nutrimentum in interioribus confortatur in quibus viget alimentum digestio: et sic melior fit digestio. Amplius per somnum quiescunt omnia membra exteriora a suis operationibus. Et quod digestio fit in quiete magis tunc viget digestio. Amplius per somnum virtutes animales que fatigate sunt refocillantur et confortantur siquidem erant fatigate per motum per quietem somni confortantur. Unde in omni motione corporis cum ceperit quis dolere statim quiescere remedium est. Non est autem vera requies nisi in somno. Nam in vigilia organa sensuum sunt in actu secundo et sic non potest corpus vere quiescere. Unde etiam membra motiua non vere quiescere possunt in vigilia propter colligantiam et propinquitatem ad organa sensuum que sunt in actu secundo: propter hoc igitur non potest homo esse diu sine somno. Si enim somnus fuerit moderatus cibum digeritur et corpus impinguatur: dolor dissolvitur: animus confortatur: calor naturalis augmentatur: humores temperantur: et mens clarificatur. Amplius somnus est calefaciens et humectans: digestio autem viget per calidum et humidum. Et sic apparet quod somnus bene adiuvat digestionem. Et quod senes sunt frigidi et sicci et male digerunt indigent maxime somno: quapropter Salenius in eate senectutis pronocabat somnum cum comestione lactucarum: sed quod lactuca sunt frigide ipsas cum aromatibus comedeat. Et sicut somnus debito modo exhibetur multas habet utilitates: sic et vigilia moderata et debito modo exhibita. Nam desiderium auget et famem excitat: partes exteriores confortat: et spiritus ad exteriora mouet sine quibus non possunt membra exercitari quod tamen exercitum est multum necessarium. Et sicut somnus et vigilia moderata sanitatem conseruat: sic etiam si in debito modo exhibeantur sanitatem corrumpunt. Unde immoderatus somnus preparat corpus ad apoplexiam epilepsiam et paralysim et stuporem. Et ut sit ad unum dicere generat egritudines humectantes et reumatizantes splenes et nervos laxat et pigritiam efficit et desiderium deiecit apoplexiam et febres frequenter generat. Vigilia autem immoderata corpus deficcatur et virtutes animales debilitat et digestionem diminuit et preparat corpus ad egritudines consumptiuas. De vigilia autem innaturali que est res contra naturam et de somno innaturali ex quibus causis possunt per-

Somnus
calefacit et
humectat

De vigilia

Nocumē-
tū somni.

tenire non est hic dicendum quia hoc exigit regimen sanitatis et ingredi-
ur curam egritudinis. Sufficit autem ad presens scire quod somno et vigilia
in corporibus sanis possumus uti bene et male. Dicamus igitur modum ut
in somno. Sciendum igitur quod post comestionem competit somnus: non
quidem immediate: sed tantum immorandum ut cibus descendat ab ori-
ficio stomachi. Nec est post immediate laborandum nec mente studendo dispu-
tando vel legendo vel corpore exercitando. Nec enim impediunt cibi digesti-
onem: sed quiescendum est: et audienda sunt aliqua musicalia quibus homo
non sit multum interius vel alique hystorie. Quod si forsitan tardetur cibi de-
census ab orificio stomachi parum et lente est deambulandum quousque senti-
tur cibum descendisse ab orificio stomachi. Si enim quis ante descensum
cibi a stomachi orificio dormire presumat: generantur rugitus et inflatio-
nes et dolores in ventre: et etiam somnus laboriosior et digestio corrumpit-
ur et postquam cibus descendit et sumi mulcebres et suaves fuerint elenati ad ce-
brum inducentes somnum tunc nature est satisfaciendum et dormiendum
non estate quidem in loco frigidiori non reumatico cum pedibus non calcia-
tis. Nam dormire pedibus calciatis inducit visus debilitates et totius cor-
poris estuacionem. Amplius omnia membra totius corporis debent esse co-
perta et melius quam in vigilia et specialiter caput et pulvinare debet esse altum
et cibus regurgitet ad orificium stomachi et in principio somni parum dormien-
s est supra latus dextrum. Hoc enim est iuuas ad perfectum cibi descensum et
ad digestionem. Quidam autem magni asserunt huius contrarium. Dicunt enim
decubitus supra dextrum latus inuadit ad digestionem: quia tunc epar sup-
ponitur stomacho sicut ignis leberi. Nec autem imaginatio est falsa. Nam
par non digerit cibum in stomacho calefaciendo ad modum ignis: sed
implectendo cibum in stomacho sicut gallina ouum. Et quia dormiendo
supra sinistrum latus perfectius amplectitur: ideo perfectius digerit. Non
autem dormiendum est supra dextrum nisi parum propter descensum et de-
inde supra sinistrum propter digestionem. Et in fine digestionis dormien-
s est aliquantulum supra dextrum ut facilius descendat cibus de sto-
macho ad epar: et superfluitates prime digestionis liberius descendant.
Quantitas autem somni sicut nec aliorum non potest certis litteris deno-
tari. Debet autem somnus esse tantus quod prima digestio sit completa: et quod
cibus transierit ad epar: ubi est locus secunde digestionis. Nec est forte
salum intantum prolongare somnum quod secunda digestio sit completa.
Hoc autem tempus diuersificabitur secundum diuersitatem complexio-
nis et etatis et sic de alijs. Nam qui sunt calide complexionis et habent digestiuam
bonam et comedunt cibaria facilia ad digerendum et non comedunt multum in pri-
ma te tales cito digerunt. Unde in talibus forte sufficit somnus brevis puta sex
horarum vel octo ad plus. Sed illi qui sunt istis contrarijs. scilicet frigide et humide
complexionis habentes digestiuam debilem et comedentes multum et ci-
baria non obedientia digestionem. Tales utique indigent somno longo puta
decem vel duodecim horarum nec tales possunt comedere nisi semel in die
naturali. Alij sunt qui medijs sunt inter predictos in conditionibus pre-
dominatis: et isti indigent somno mediocri. Amplius in hoc multum
considerare debemus fatigationem virtutum animalium. Nam secun-
dum quod fatigatio vel lassatio fuerit maior et intensior secundum hoc opus
est longiori somno et e converso. Et quorum est mediocris: somnus

Locus dormiendi

Quantitas somni: et pars somni.

Tertia.

Signum. debet esse mediocris. Signū autem sufficiens somni est totius corporis leuitas et specialiter cerebri: et palpebrarū et oculorū et descensus cibi a stomacho: et voluntas ascellandi et mingendi. Grauitas autem palpebrarū et cerebri et totius corporis et somnulentia et eructatio sapiens naturam cibi preasumpti significat somnū non esse sufficientem. Et est diligenter notandū quod in quietate somni sicut et in alijs considerare debemus secundū experimētū. Experiatur enī homo quietatē soni vna die. Et sic etiā cōsequenter et proculdubio perpēdat quantū dormire ipse debeat. Hec autē experientia debet fieri supposito regimine eodē et equali seu temperato in predictis diebus. Et est diligenter notandū quod homines tēperati vel prope supposito regimine equali in ceteris: tantū appetūt somnū quā oportet et est eis necessariū. Nā optima natura tantū appetit quā est ei necessariū. Et hoc est verū nisi cōsuetudo obuiet. Sed in corporibus lapsis nō est confidendū in appetitu. Quidā enī plus appetūt somnū quā oportet: et quidā minus sicut in exercitio superius memini me dixisse. In corporibus igitur temperatis utentibus regimine tēperato potest dici quod quietas soni est equalis quietati vigiliarū vel ppe. Amplius est sciendū de qualitate soni quod sonus profundior: tāto melior: loquor de sono naturali: de somno enī innaturali vltupore nō loquor. Et nota quod pualescentes et exercitati forti exercitio et multū comedentes dormiūt forti somno et profundo. Amplius est sciendū quod corporibus tēperatis non competit dormire supra ventrē ppter colli tortionem et stomachi cōpressionē: licet in habētibus digestiua debilem cōferat digestionem. Amplius sciendū est quod nullo modo dormiendū est supine. Hec enim preparat corpus ad egritudines prius nominatas puta ad incubū apoplexiā et stuporē et similia. Hec enī figura dormiendi facit superfluitates declinare ad posteriora et sic retinētur et non incedūt per suos cānales quod sunt in anteriorib⁹ et fiūt causa predictarū egritudinū. Amplius sciendū quod sonus naturalis et bon⁹ est ille quod diem nō impedit. Nā dormire de die corpus preparat ad malas egritudines quod superius dicte sunt. Nā dies est luminosa cū strepitu et apta exercitio et vigiliis: et nox est apta sono. Et quia frigidi⁹: tū quod obscurior: tū quia quiescentior: et quo ad animā et quo ad corpus. Hec igitur tempus est magis aptū ad dormiendū et dies ad laborandū. Et idē concluditur quod versus noctē melius est plus recipere de cibo et specialiter si noctes sint valde breues quod melior fit digestio in nocte ratione soni et quietis et frigiditate aeris. Sed suspecti de reumate et passionibus oculorū et aurium et ceterorū sensuū abstineāt a cena. Et est diligēter notandū quod plet sono studendū est diligēter emundare corp⁹ a superfluitatib⁹ multiplicari nō solū p secessus et vrinā: sed etiā p alias pres fusiēdo et rascando et nare mūdando et caput pectinēdo et manus et faciem cum aqua tepida lauādo.

Pronosticatio egritudinum
Tertia prima.

Emissio
superfluitatum

Capitulum octauum de accidetibus anime.



Sicut accidetū anime correctio ad philosophū moralē pertinet ut anima bonis habitibus informetur: sic ad medicū ut corpus in debita sanitas conseruetur. quorū enī modis alteratur ex necessitate corpus tot sunt pcuratiōnū genera: et quia anime accidentia ex necessitate alterant corpus et eorū correctio et moderatio ad medicū pertinet. Nā sicut mali homines sunt maliciā complexionis sequentes: sic plerū

eos sequitur complexionis malicia. Unde irascendi ex frequenti ira ultra modum calefiunt et similiter suo modo intelligatur in alijs: huiusmodi autem aie accideria quorum correctio quodammodo pertinet ad medicum sunt: ira: gaudium: timor: tristitia: tedium: et verecundia. In ira quidem mouetur calor et spiritus subito et impetuose ad extra non totaliter relinquendo radicem sed acceditur in radice primo et postea mouetur ad extra. Sed in gaudio calor et spiritus mouetur paulatim ad extra: et interdum totaliter radix puta cor relinquit denudatum. Unde mulieres et debiles corde ex continuo gaudio syncopizant quod non contingit ex ira. Unde pringit hominem mori ex gaudio et non ex ira. In timore calor et spiritus subito mouetur ad intra et in tristitia paulatim sed in tedio et verecundia duobus mouentur motibus: modo ad intra modo ad extra sicut patet in tedio quod est tristitia de eo quod futurum est et inducit vigilias: dato enim quod calor moueatur ad intra ex eo quod tristatur: mouetur tamen ad extra ex eo quod futurum est. Unde tristitia talis vigiliam inducit: sed tristitia de eo quod iam preterit inducit somnum: et similiter in verecundia spiritus primo mouetur ad intra et deinde reddit ratio et consilium et dilatatur illud quod est restrictum et egreditur exteri et rubificat colorem. Et sic manifestum est quod aie accidentia alterant corpus. Unde igitur ira calefacit corpus quod accendit calor et spiritus in corde et dissipatur ad singula membra: et precipue in habetibus calorem fortem et multos spiritus. In habetibus enim calorem debiles cum irascuntur et vindicant appetunt calor non potest cum feruore dissipari ad extrema corporis: et sic remanent exteriora membra albescunt et frigida non obstat quod calor sit accensus in corde. Unde videmus multos iratos appetentes vindictam in actu ire linescere et in talibus non est ira perfecta sed est quodammodo timor cum ira. Sed gaudium corpus in frigidat per vias resolutionis et distractionis caloris et spiritus a fonte caloris. Sed timor in frigidat subito per viam suffocationis. Sed tristitia in frigidat paulatim et per viam deficcationis et prisis. Non solum autem predicta accideria aie que se tenent ex parte appetitus irascibilis et concupiscibilis alterant corpus: sed etiam quedam imaginationes que se tenent ex parte virtutis cognitiue: sicut videmus manifeste quod videre res rubras et ipsas imaginari mouet sanguinem: imaginatio facit casum. Et si quod imaginetur dolor quem patitur fortis in aliquo membro: incurrit dolores. Unde imaginatio facit casum. Imaginationes igitur imprimunt in res naturales: ex his satis est manifestum quod correctio accidentium aie spectat ad mediam. Dicamus igitur quod ira non competit in sanitatis regimine. Ira enim supercalefacit singula membra et propter feruorem cordis omnes actiones rationis confundit: igitur cauende sunt eius occasiones nisi quantum ratio precipit aduersus illicita: iuxta illud. Irascimini et nolite peccare. Nam in licitis et honestis irasci est conueniens interdum quous non puenit in sanitatis regimine. Et est diligenter notandum quod quidam sunt frigidi et maleficiati quibus interdum irasci predest in regimine sanitatis. Amplius dico quod tristitia non competit in sanitatis regimine. Nam corrumpit naturam habentis in frigidat enim et deficcatur et proprie maciem et extenuationem inducit: cor restringit et spiritum obtenebrat. et ingenium hebetat et rationem impedit iudicium obscurat memoriam obtundit. Ideo vitanda sunt ei obiecta nisi quantum ratio suadet ad detestationem vicioz ad metris pulchritudinez reformandam. Et est diligenter notandum quod quidam sunt quorum spiritus sunt adeo mobiles et calidi: et sunt adeo pingues et carnosus quod eis interdum est bonum tristari ut spiritus calor hebetetur

De gaudio.
Verecundia.

Tristitia.

Imaginatio facit casum

Tertia

Gaudium
et leticia
confortat
virtutes.

ymagina
tion ocer.

z corpus aliquantulum maceretur. De gaudio autem z mentis tranquillitate sciendum quod gaudium temperatum competit in regimine sanitatis: ex eo quod est unum de confortantibus virtutem: virtus enim confortatur tranquillitate z gaudio sed gaudium non debet esse excessivum: quia inducit syncopiam z mortem: z maxime gaudium competit his qui multum curant z sollicitudinibus destruuntur et cerebro piguntur. Et similiter his qui sunt in gaudio continuo z immoderato interdum tristari convenit. Sed omnimode horum accidentium superfluitas omnis est evitanda. Et sicut est dictum de accidentibus anime tenentibus se ex parte appetitus. Ita suo modo potest intelligi de affectionibus animalibus tenentibus se ex parte appetitus imaginativum. Non enim est conveniens in sanitatis regimine ut aliquis ymagine nimis intense. Nam ex tali ymaginatione movetur spiritus motu inordinato z relinquit locum digestionis z impeditur somnus. Et hec brevia sufficiant de accidentibus anime dicta.

Capitulum nonum de temporibus anni.



Quattuor
tpa anni.

De tpe ve
multum aquosa: bonum est cum ea permisceri cepulam herbam feniculum
vel calamentum; vel organum: quod et etiam primo elixetur; deinde frigatur.

Non lau
datur.

De caulibus

Tertia

Generat
melancolia



Aules scdm aliquos frigidi sunt et sicci: scdm aliquos calidi sunt et sicci. Nos autem dicimus quod via cibi et eorum substantia considerando sunt frigidi et sicci: et generant humorem melancolicum: sed via medicine et quo ad eorum circumferentiam calidi sunt et sic sunt mali stomacho parum nutriunt et malum humorem generant: et peior est quam lactuca et visus obtenebrant nisi si oculi sunt valde humidi: tunc eis potest conferre deficcando: solum inducunt et masticrua et vinum puocant eorum substantia post primam et secundam decoctionem ventris laxant.

De caulibus siluestribus.

Ad iunctu
ras.



Caulis siluestres non sunt competentes ad esum summi-
tates caulium et spaliter eorum oculi pueniuntiores sunt stiptice et
folijs: et dicit decoquere et preparari cum carnibus landabilibus: et efficit sa-
tis boni nutrimenti et delectabilis ad esum. Caulis multum con-
fortant iuncturas ab intra et extra. Unde antiquitus mulie-
res cibabant filios suos caulibus ut citius ambulant.

De boragine.



Borago domestica et siluetris: ceteris oleribus
est pueniuntior humane pplexioni ad esum. Est enim calida et
humida temperate: et ceteris oleribus meliorem generat san-
guinem. Et quod borago precipitat quadam asperitate ex qua ad
esum redditur minus delectabilis: bonum est quod cum permisceatur
ex quo predicta asperitas remoueat: sicut spinargia et ble-

Uersus

Herbe ca-
lide vsua-
les.

te tenerrime: tunc enim confortat cor et vltima spualia: et est lenitiua pectoris et
pulmonis et leticia inducit. Unum versus. Dicit borago gaudia semper ago. Di-
cunt quidam quod si comedat cruda generat sanguinem laudabilem: sed magis quod
decoquat cum carnibus caponum et apponat aliquantulum de petrosilino ad re-
primendum eius humiditatem: et de spinargis et bletis ad reprimendum eius asperita-
tem. Alie herbe calide quibus homines consueverunt vti: sunt hee: petrosilinum: me-
ta: speragium: trifolium: feniculum: apium: nasturcium ortulanum et aquaticum: saluia:
hyssopus. Ex his autem herbis per se non fiunt fercula. Nam parum nutriunt et gene-
rant sanguinem acutum: et adurunt sanguinem ita generant. Unum tales herbe sin-
gulariter nullomodo sunt sumende via cibi sed solum via medicine: tamen hijs her-
bis vtiunt homines sani ad corrigendum maliciam aliorum olerum in falsis propter
aliquas utilitates spuales quibus homines forsitan ab egritudine preseruantur.

De trifolio.



Et dicam primo de trifolio. Hec enim herba cali-
da est et sicca: et precipitat amaritudinem et stipticitatem manife-
ste: et ideo cibi non appetit: valde autem est bonum stomacho seu
crudum siue bulitum sumat sed parum sustinet decoctionis. Potest
autem pueniuntius exhiberi cum oleo aceto et sale: et stomachum con-
fortat et fastiditos curat et appetitum excitat et puocat pueniuntius decoctio
trifolij si ex ea ablat locus morsus scorpionis: vel vipere curat dolorem: et si
non sit locus morsus dolorem similem dolori oino causato a morfu.

proprietat
bona.

Contra
morsum
scorpionis



De speragis.

Speragis autem secundum quod paucum alimentum dant cor-
pori non bonum potest tamen offerri cum oleo et aceto: sicut superius dixi

ctū est de trifolio: et sūt delectabiliores ad esū et stomachū magis pfortā **Urinaz p**
tes bulliri in aqua molliunt ventrem: et prouocant vīnam et dicunt quī uocat.

¶ De feniculo

Feniculum tarde digerit et male nutrit et par. **Uñ**

nō ppetit via cibi: s; pferit iftationi stomachi. Et si bibat eū aq̄ frigida nausēā facit. Et si terat eū aq̄ sup̄ morsū canis ra **Extra mor**
biofi pferit: plus igit via medicine cōperit q̄ cibi. Nō igitur **sum canis**

vtendū est eo in regimie sanitatis nisi ad correctionē malicie quorūdam **alioz**
alioz ciboz: sicut interdum cū lactuca comedimus petroselinum ad **resistendum**
resistendum frigiditati et humiditati lactuce: sicut etiā eū cucurbitis de **coquim**
coquim feniculū: et similiter cū rapis ad corrigendum earum maliciā.

¶ De petrosilino

Sciendū q̄ generat sanguinē valde acutū et incitat **Aperit vis**
ad irā et est aperitiuū: et nō ppetit via cibi nisi ad correctionem **asvine**
malicie alioz ciboz: sicut de feniculo dictū est. Herba aut petro
ili in cibis posita digestionē pfortat et ventositatē excludit et est herba sa
is pueniēs ad falsas. Usus aut hui⁹ pueniēti⁹ est in tpe frigido et etate
enectutis et regione frigida quā in oppositis predictorū et fit ex eo epu
um cum sale contra morsum canis rabiosi. **¶ De apio.**

Apium satis puenit cū petrosilino in cōplexione

et in pprietatib⁹ sed sapor ei⁹ est min⁹ delectabilis. Uñ via **Facit epi**
cibi min⁹ eo vtunt hoīes cōiter: nō est tñ tante siccitatis si **lesiam.**
cut petrosilinū: vñ nō tātū adurit: pprietatē h; i aperiēdo
opilationes splenis et epatis: sed nocet capiti et incitat mor
um epilentiū et masticatum facit odorem oris bonum.

¶ De nasturtio siue cressombus.

Sciendū q̄ calefacit stomachū et par et cō
fert grossicie splenis et sanguinē adurit et par nutrit
et ipsius nutrimentū nō est laudabile pulmonē mun
dificat et renes ad coitū incitat: appetitū ad cibū exci
tat: tñ parū ex eo pōt sumi in principio mense cū ace
to croco et sale et oleo ad reuocationē appetitus et ali
ter est malum stomacho: q; ipm nimis mordicat bi
tum et linituz retinet capillos cadentes. **¶ De saluia.**

Salvia multū est calida et sicca ideo nō mul
tum cōperit p se via cibi. Ipa em salvia multū pfor
tat nervos: in sanitate hoīes multuz vtitur saluia. **Confortat**
Dupliciter. pmo qdem pponēdo ex ea vinū saluiatuz **nervos**
quo vino hoīes i latitudine sanitatis vtitur spāliter
in principio mēse. Et ppetit hmoi vinū paliticiis epi
lenticis moderate sumptū et pcedēte purgatione an
tecedēris materie. Ampli⁹ vtunt saluia in falsis: nā
citāt appetitū et spāliter cū stomachus fuerit repletus malis humorib⁹
s crudis et indigestis: et ad eandē intentionē pōt ex ea fieri herbulorū
comedi ieiuno stomacho. **¶ De menta.**

h iij



Menta multū calida est et sicca et parū cōpetit via cibi i regimie sanitatis verū est q̄ stomachū p̄fortat et ip̄m calefacit singultū sedat et digerit et phibet vomitū et stenuaticum et sanguineū et ad coitū incitat et phibet spurū sanguinis. Confert ad morsum canis rabiosi test ppria ad illud.

Capitulum quattuordecimum de radicibus.

Radices
visuales



Radices quib⁹ hoīes sanī cōiter vtūtur hīs temporib⁹ sunt hec: porri: allea: raphan⁹: cepe: radix pastinata: napi seu rape: et corne. De porris alleis et cepis breuiter est sciendū q̄ via cibi nō cōpetūt temperatis corporib⁹ nec calidis: et specialiter cruda: parū enim nutriūt: et male nutriunt: et generāt sanguineū acutum et pungitiuū: grossos tamē subtiliāt et viscosos incidūt et postq̄ decocta sunt pdunt pūgitiuitatē adhuc remanet virtus incisina et subtiliatina. Unde magis cocta cōpetunt q̄ cruda.

De porris.

Porri autem sunt calidi et sicci et dant corpori alimentū laudabile et oculis nocent et generant sanguinem nigrū et melancolicū et generāt somnia terribilia et nervos ledūt ratione pungitiuitatis eorū: nocēt dētibus et gingiuis et nullus colericus nec melancolicus eis vtatur et specialiter crudis.

nō p̄sunt



Cepe calide sunt et hñt humiditatē supflūā terre streū cū humiditate aquosa subtili indigesta. Si comedātur crude generāt i stomacho hñores malos et putrefactibiles et corruptibiles et generāt sōnia mala et terribilia et dolorē capitis. Un̄ nīmī vsus eaz disponit homiem ad memoriā dep̄daz et pturbat intellectū et pducit ad dementiā. Sed si comedātur cocte cū aq̄ laudabiliū carniū laudabiliter inuant digestiū et minūnt eaz nocumēra et tēperāt cibaria frigida cū q̄bus decoquunt s̄z meli⁹ est eis nō vri.

Perturbant
intellectum

De alleis



Tyriaca
rusticorū.

Allea calida sūt et declināt ad aliquālē hñitatem sed min⁹ q̄ cepe: valent cōtra ventositates valent in russi et bñ scire faciant: sed nocēt visui et dolorē capitis inducūt. Un̄ allea sūt tyriaca rustico: predicta acrimia solū cōpetūt hīs qui stenuaticum aut grossum viscosum humorem habuerunt. Colerici a predictis generibus acriminum abstineāt. De raphano autem et radice que sunt pp̄inqua et in cōplexione et pp̄ietate. Sciendū est q̄ multū cōpetunt via cibi: sp̄aliter corporib⁹ colericis generāt em̄ sanguineū acutū pūgitiuū et ē raphan⁹ mal⁹ stomacho faciēs eructationē et gñat humor grossū et si digestia sit debilis hñorē crudū h̄z tñ virtutē subtiliatinā et incisinā. Quidā autē comedūt radicem et raphanū post alios cibos ad cōfortandū digestionē: de quo admirat. Galī. Unde verū est q̄ experientia do-

cet et dicunt sapientes q si comedatur post alium cibum iuuat ad descen-
sum et ventrem laxat. Sed si comedatur ante alium cibum impellit ci-
bum ad superiora et vomitum inducit. Bonum est autem q comedatur cū
aceto et sale post alios cibos et in pauca quāitate verum est q oculis no-
cet et capiti et valet contra morsus scorpionis sumptus intus et extra appli-
catus et ad coitum incitandum.

De rapis et naxis.



Rapis autem et naxionibus sciendum q
inter radices magis conueniunt ad corporis nutritio-
nem q satis ostenditur ex amicitate sui saporis.
hoc enim commune est omnibus edulys q amara et
pungitiua minus alimentum dant corpori quam dul-
cia. Et quia nape et rape sunt ceteris radicibus dulcio-
res et minus pungitiue magis competunt via cibi sed
generat sanguinem grossum melancolicum et sunt dif-
ficles digestionis et vterose et generant humorem crudum si digestiua sit de-
bilis: habent tamen proprietatem mirabilem ad confortationem visus et bo-
num est q depurentur a prima aqua et nullo modo comedi debent cruda et
naxiones sunt rapis laudabiliores. Et incitant ad coitum et ventrem mol-
liunt et vias mundificant vinales.

Incitant
coitum

De pastinacis.



Pastinacis autem sciendum q si fuerint al-
be poterunt cocte cum carnibus sumi vel sine: quoni-
am conferunt eadem iuamenta ventri et renibus si
cui rape: sed expedit vt post sumantur sed minus nu-
triuunt q rape et naxiones et indigestibilitas inest eis
sicut alijs radicibus et generant humorem grossum et
crudum si digestiua sit debilis et humor qui generatur
ab eis est mediocriter malus. Carne autem meliores
sunt pastinacis sed multum nocent capiti humido et pulmōni.

Capitulum decimum quintum de fungis.



Volo autem post tractatū de radicibus ali-
quantulum loq de fungis quia maiorem habet simi-
litudinem cū radicibus q cū herbis vel fructibus. Sci-
endum autem q est vna maneries fungorum qua ho-
mines vtuntur et specialiter ytalici via cibi post q eli-
xati sunt vel frixi vel conditi cum quibusdam specie fungus
bus et sunt saporis delectabilis et vocantur apud gals-
licos causa panioli et nascuntur in pratis et in terra nō
corrupta vbi etiam animalia venenosa non conuersantur. Nascentes au-
tem iuxta cauernas animalium venenosorum et in locis putridis iuxta plā-
tas seu arbores mortiferas sunt mortiferi. Sūt etiam quidam fungi qui a
tota specie sunt mortiferi. Fungi non mortiferi meliores sunt sicci q viri-
des et bonum est q cum piris prebuiantur in aqua et cum pulegio frigan-
tur et cum oleo oliuarum dulci et superaspergatur puluis quarundam spe-
feri.

Quidam
sūt mortis-
feri.

Tertia

cierum: puta zinziberis albi et cynamomi et sic corrigitur eorum malicia: sunt etiam frigidi et humidi et talem humorem generant: et eorum substantia est multum putrefactibilis. Et similiter humor generatus ab eis. Male igitur nutriunt et sunt difficilis digestionis et digerant si comedantur: sed generant colicam: et ex eis interdum prouenit suffocatio anxietas et syncopis et sudor frigidus: et cura eius est per oximel diureticum cum decoctione hyssopi et pulegij et sunt mala stomacho valde et bonum est post eos bibere bonum vinum. Usus igitur fungorum omnino vitupero salua reuerentia ytalicoz qui eis vtuntur ad voluptatem.

¶ Capitulū. xvi. de trufflis.

Usus fungorum malus.



¶ Non solum autem homines vtuntur fungis sed etiam idius seu trufflis. Sic autem nominantur ab aliquibus. Alij autem nominant tuberas et sunt radices in terra sine truncho et folijs figure rotunde coloris rubei saporis insipidi: dulcedini aliquali appropinquantes et puto quod alimentum dant frigidum et humidum et grossius: generant enim humorem non multum malum et comeduntur crude et cocte. Substantia eorum est multum terrea propter quod comedantur post alium cibum iurant ad eius descensum ab officio stomachi. Et dicunt quidam quod generant humorem melancolicum et nihil est eis par. Bonum est quod primitus elixentur in aqua cum vitello oui postquam primitus sunt excorticati et deinde condiantur cum oleo dulci et addatur puluis quarundam specierum et post trufflas debet bibi bonum vinum. Usus autem continuus est periculosus corpori humano ex eo quod inducit palissim et appoplexiam: colicam: stranguriam et sunt dure digestionis grauantur stomachum et multum appropinquantes ad naturam fungorum sed minus mali sunt quam fungi. Eligantur autem truffle que inueniuntur in terra arenosa libera non nimis aquosa: et dicunt quidam quod sicce sunt deteriores humidis et maxime comedantur in vere et generantur in profunditate terre per viam putrefactionis. Unde videtur terra interdum effumare in loco in quo generantur et nubes existentes in illo loco liquefiant penitus et sic caliditatem quandam habent putredinalem. Et ex hoc opinantur quidam quod sunt calide complexionis et quod humorem calidum generant et quod incitent ad coitum. Ista tamen non approbo quia dictis sapientum in ista materia non concordant. Securius esset eis non vti salua reuerentia eis vtentium plus ad voluptatem quam propter necessitatem et utilitatem.

Preparatio.

Capitulum decimumseptimum de carnibus.



¶ Via bone carnes bonum sanguinem generant inter alia cibaria posito quod bene digerantur determinandum est de alimento sumpto a carnibus in specialiter. Et primo de alimento sumpto a quadrupedibus domesticis et siluestribus. Et deinde de alimento sumpto a volatilibus tam domesticis quam siluestribus. Primo dicemus de alimento sumpto ex animalium quadrupedum diuersitate: deinde ex membrorum eorumdem varietate.

De quadrupedibus. Caprioli.

¶ Sciendum quod animalium quadrupedum quedam sunt boni et laudabiles nutrimenti et quedam illaudabiles. Amplius quedam sunt faciles digestionis et alia difficilioris et tardioris. Amplius quedam generant grossio-

rem et viscosiorem humorem et alia subtiliorem. Itē quedam carnes multi
nutrimēti sunt alie pauci. Carnes autem laudabilis nutrimenti de nume
ro quadrupedum sunt carnes capriolorum iuuenū siluestriū et domesticorū
rum: et domesticę sunt siluestribus meliores. Siluestres vero sūt plus de
bito ficiores: sed carnes caprarū antiquarū et hircorum sunt simpliciter
illaudabiles siue sint domesticę vel siluestres. Amplius dico q̄ carnes
porcorum non antiquorū non nimis iuuenū: sed etate mediocriū: puta
vnius anni vel duorum tā domesticorū q̄ siluestrium sunt multum lauda
biles corporibus sanis et fortibus in quibus viget fortis calor. Et puto q̄
siluestres sunt domesticis meliores eo q̄ domesticę sunt plus debito visco
siores et humidiores. Predictę autem carnes si aliquantulum saliantur an
tequam comedantur obtemperatur earum viscositas. Et quidam simpli
citer opinātur has carnes meliores esse inter quadrupedia vel esse simpli
citer conuenientiores corporibus nostris et nobis magis proportionabiles
et magis nutritiuas. Amplius dico q̄ carnes vitulorum lactantium sunt
valde laudabiles. Non laudabiles autem carnes bouū veterum vel thau
rorū vel vaccarū domesticarū vel siluestrium. Nam sunt difficilis diges
tionis et mali chyli et humorem generant melancolicum. Unde earū
psus inducit leprā et quartanam et splenicam passionē et similes egritudi
nes melancolicas. Amplius carnes arietum vnius anni specialiter castra
rorum sunt laudabiles et a quibusdam sapientibus q̄ plurimum approba
re. Sed carnes arietum non castratorū antiquorū et omnium et agnorum por
corum nō sunt laudabiles nec in sanitatis regimine conuenientes. Predi
cte carnes laudabiliores sunt tēporib⁹ quibus habēt pascua meliora: tunc
nim sunt cōuenientiores esui. Unde carnes caprarū sunt meliores in es
tate in qua pullulationes quibus pascuntur sunt perfecte et similiter q̄
ioues indigēt herba profunda pro eorū pascuis sunt in estate grossiores et
signiores et esui cōuenientiores. Oues autē scōz picipiū et mediū veris sunt
conuenientes: non enim indigent pascere herba magna et profunda parua
nim sufficienter nutrirī possunt. Ex dictis igitur elici pōt q̄ carnes hircorū
um caprarū et arietū et boi et porcorū antiquorū et specialiter non castratorū
porcellozū lactantium et agnorum non sunt multum conuenientes in
egimine sanitatis: sed carnes vitulorum iuuenū et arietum annualium et
porcorū annorū duorū vel vnius: etiam castratorū specialiter sunt conueni
tes esui i regimie sanitatis. Quidā autē opinātur vitulinas meliores talij
orcinas magis approbāt carnes āualis arietis castrati sed i hoc ē multū
siderāda cōsuetudo et appetitus hominis. Amplius consueuerunt homi
es sani existentes vti carnibus leporinis et cuniculorum et ceruorū. Et iste
irnis sunt melancolice et talem humorem habent generare. Unde tales
irnes dñ perueniunt ad antiquitatē simpliciter sunt enitāde: et meliores
it sunt cū sunt partū propinque vt ficitas eorū obtemperetur ab etate
p̄dicte carnes sunt simpliciter enitāde nisi sint pingues. Nam ex earū pin
gedine obrēperatur ficitas. Unde quasi idē videtur de carnib⁹ predictis
ut de caprinis siluestrib⁹ et domesticis et bouinis. Nam carnes porcorum
oportionabiles sunt carnibus bouū et carnes leporum et cuniculorū pro
portionabiles sūt carnib⁹ caprarū. Sūt alia multa quadrupedia q̄ sunt esui
conuenientia et apud nos non sunt in vsu quīs tempore necessitatis ho
mines eis vti possint vt vulpiū et luporum asinorū et equorū et canū carnes

Tituli.

Arietis

Caprarū

Hircorū

Leporis.

Tertia.

Tempore necessitatis. his enim carnibus homines apud nos non utuntur nisi in tempore necessitatis. Carnes autem vulpinas comedit quidam venatores tempore autem non quia tunc pingues inveniuntur. Impinguatur enim ab eis. Similiter carnibus canum iuuenum bene pinguium et castratorum utuntur quod tollerabile est tempore necessitatis. Et similiter intelligitur de carnibus luporum. Deteriores autem his carnes asinorum equorum et camelorum et leonum carnes: et quia omnino predictae carnes distant a complexionibus hominis non approbo earum usum nisi in magna necessitate. Carnes autem cuniculorum post carnes apri et porci siluestris et caprioli sunt convenientiores in regimine sanitatis. Et est diligenter notandum quod carnes declinantes ad siccitatem non debent assari sed elixari. Et declinantes ad humiditatem debent assari ut earum humiditas temperetur. Et ideo carnes cuniculorum: leporum: ceruorum: et vitulorum et capriolorum debent elixari: et carnes porcorum et castratorum arietum assari: elixatio enim obtemperat siccitatem et assatio humiditatem. Et ex hoc patet quod in temporibus et complexionibus humidis magis competunt carnes declinantes ad siccitatem et assate. In temporibus autem siccis et complexionibus et erate siccis magis conveniunt carnes declinantes ad humiditatem. Inter carnes predictas laudabiles quedam sunt facillioris digestionis ut capriolorum et cuniculorum iuuenum. Et quedam difficilioris digestionis: puta porcorum et castratorum arietum aliquantulum antiquorum et chaurorum iuuenum. Et quedam sunt mediocris digestionis ut carnes vitulorum unius anni agni castrati et iuueni leporum. Amplius carnum predictarum laudabilium quedam humorem grossiorem et viscosiorem generant ut carnes porcine: vel grossiorem sine viscositate ut ceruine et bouine iuuenes. Et quedam generant subtiliorem sine viscositate: ut carnes cuniculorum et capriolorum. Et quedam subtiliorem cum aliquanti viscositate ut carnes agnorum iuuenum. Carnium etiam predictarum laudabilium: quedam plus nutriunt et quedam minus: et alii mediocriter. Exemplum primi: porcus: exemplum secundi: cuniculus. exemplum tertii: castratus aries. Amplius carnum predictarum laudabilium convenientiam membrorum considerare. Et primo quidem diversitatem membrorum que attenditur secundum intra et extra et secundum ante et retro et secundum dextrum et sinistrum. Quo ad primum sciendum quod communiter et regulariter membra exteriora sunt magis laudabilia in sanitatis regimine interiora. Membra enim interiora puta cerebrum: cor: pulmo: stomachus: hepatis: splen et testiculi: renes: et intestina non sunt laudabilis nutrimenti vel simpliciter vel non sicut exteriora. Sunt enim difficilis digestionis et generant grossum humorem. Unde de cerebro est sciendum quod est stomachi malum nauseosum et fleumaticum et grossi humoris generativum. Unde si ne digeratur alimentum dat corpori notabile sed nullo modo comedi debet per alios cibos. Bonus autem est quod cum organo vel calamento vel cum aliquo obtemperantibus eius humiditatem viscositatem et frigiditatem in quibus fit vitium incisa et calefacta apparet. Et sicut est dictum de cerebro: ita intelligendum est de omnibus medullis et nucha. Et conveniens est quod si comeditur quod primitus assentur super carbones ut earum viscositates et humiditates obtemperantur. Notandum quod comestio cerebellorum et specialiter capriolorum conveniens est contra venena et contra morbum venenosorum animalium. De corde sciendum est quod difficilis est digestionis et tarde pertra-

fiens. Si autem bene digeratur alimentum non paucum dat corpori nec mali chymi et specialiter cor eduli. Sciendum autem quod cor cerni virtutes habet tyriacalem. De pulmone autem sciendum quod est facilioris digestionis ceteris interioribus quod declarat eius raritas et mollicies: sed alimentum dat pneumaticum et paucum et puto quod non multum malum et specialiter pulmo eduli. Stomachus autem et guttur et intestina et matrix sunt difficilis digestionis et tarde: et non sunt generantes bonum sanguinem. Splenis autem caro est pessima et eius caro est cachochimica et est mali sanguinis generativa et saporis indelectabilis. Epar est dure digestionis: sed multum nutrit et generat sanguinem convenientem supposito quod nutrimentum sit ex ficibus et passulis multis. Testiculi autem sunt indigestibiles et cachochimi: sed si bene digerantur bene nutriunt. Meliores autem sunt porcorum testiculi. In quantum enim porcorum caro ea que aliorum est melior intantum etiam testiculi. Et hic est diligenter notandum: quod testiculi animalium prosectorum in quibus est iam fermentatum semen et generatum non sunt boni nutrimenti. Habent enim aliquid fetens insinuans naturam spermatis: sicut reniculi habent aliquid fetens insinuans naturam urine in eis generate et conservate. Unde et propter hanc causam reniculi non generant sanguinem simpliciter bonum: sed testiculi animalium inueniuntur adhuc coire non potentium in quibus adhuc non est sperma fermentatum sunt satis laudabilis nutrimenti si bene digerantur. Quo ad membra exteriora sciendum quod ceteris paribus anteriora sunt meliora posterioribus quia magis a supfluitatibus depurata et forti calori propinquiora et magis mobilia et communiter minus pingua. Et similiter dextera pars est melior sinistra et vniuersaliter partes carnee meliores sunt non carnis. Partes enim paucae carnibus sunt sicut pedes et ostreae et aures. et inter alias partes pedes sunt laudabiliores et deinde aures: et omnis iste sunt difficilis digestionis et pauci nutrimenti. Laudabiliores autem sunt pedes porcorum inueniuntur. Decoquantur autem et elixentur in aqua et post comedantur cum aceto vel synapio. Et interdum decoquantur cum oleribus et interdum cum ordeo et efficiuntur digestibiliores et praeferentia efficitur laudabilior et magis subductiva ventris. Pedes autem porci et extremitates eduli lactantis colericis conferunt et specialiter si in tempore calido: maxime cōdiantur in sulfo. De partibus autem carnis sciendum quod caro est duplex: una est glandulosa sicut mamillarum et testiculorum inguinalium et ascellarum fauces et lingue et similia. Omnibus autem carnibus laudabilis et glandulosa commune est delectabiles apparere secundum esum. Quod autem ex ipsis alimentum bene quidem digestum est bonum humorem generat quod autem minus bene digestum est humorem pneumaticum aut crudum generat. Et partibus quidem humidis pneumaticus ex duris autem crudus. Alimentum autem verum quando habet lac insinuat aliquid dulcedinis et propter hoc delectabile est ipsis leccatoribus. Quod autem de testiculis est sciendum dictum est superius. Nutrimentum autem lingue medium est inter nutrimentum carnis firme non spongiose et nutrimentum carnis spongiosae. Non enim est adeo laudabilis nutrimenti sicut caro firma non spongiosa nec adeo mala sicut spongiosa. Lingua vero vituli vel cerni est laudabilior sicut testiculi porcorum inueniuntur sunt laudabiliores. Et adhuc sunt meliores testiculi gallorum saginatorum et pulmo eduli alijs pulmonibus laudabilior et epar eduli est alijs laudabilis. Et stomachus gallorum et ces

De pulmo
ne.
De stomas
cho.
De splene
epate.
Testiculi.

Duplex ca
ro.

De lingua

Tertia

rebrum cuniculorum et cor cernorum est laudabilius alijs. Carnium autem
 non spongiosarum nec glandulosarum est melior que cordi propinquior: cuius
 modi est caro costarum et que est iuxta ossa et que est in parte anteriori et in
 parte dextra: et que est pinguis pinguedine moderata. Carnes autem maxime
 distantes a corde et in parte sinistra et sine ossibus sunt minus bone sicut car-
 nes natis sinistre. Eligantur igitur carnes in quibus sunt ossa: pingues:
 propinque cordi: anteriores et dextre. Est hic diligenter notandum quod cunicu-
 lus habet partes posteriores satis bonas eo quod illas partes semper elenat
 super partes anteriores: et sic per accidens pars posterior est magis depu-
 rata a superfluitatibus ut quidam dicunt: et cum hoc ille partes sunt magis
 pingues in cuniculis: sed in hoc est materia considerandi. Nunc restat di-
 cere de volatilibus. Volatilia que communiter sunt in usu sunt hec gallus
 gallina: capones: et aseres: anates domesticæ: perdices: fassiani: panones:
 grues: malardi: et similes aves siluestres degentes in aquis ut anates.
 Et etiam turtures: columbe iuvenes: strunelli: allande: plumerij passer-
 es et relique aves minute que capiuntur in bladis ut turdi meruli. Volati-
 lium autem que enumerata sunt: quedam sunt laudabilis nutrimenti:
 quedam illaudabilis. Et quedam sunt facilis digestionis et quedam diffi-
 cilis. Et quedam sunt temperate complexionis et quedam distemperate.
 Laudabilis nutrimenti sunt galline et earum pulli capones iuvenes et an-
 tiqui bene pingues et perdices iuvenes et allande et turtures et plumerij
 coturnices et aves parue que capiuntur in bladis. Alia autem volatilia ab-
 istis sunt illaudabilis nutrimenti difficilis digestionis et inequalis comple-
 xionis: puta carnes anserum: anatum: et pauonum: et malardorum. Et uni-
 versaliter carnes avium habentium collum longum et rostrum longum de-
 gentium in aquis omnes sunt illaudabilis nutrimenti et difficilis dige-
 stionis et generant humorem melancolicum. Similiter strunelli meruli et
 turdi sunt granes ad digerendum et grosse nature. Passerum autem carnes
 sunt calidissime et a temperamento longissime et multum excitantes coitus.
 Unde non multum conveniunt in regimine sanitatis. Inter carnes vo-
 latilium laudabilium: in regimine sanitatis quedam sunt temperatiores
 et temperamento propinquiores. Alie sunt minus temperamento propin-
 que. Temperatiores quedam sunt galline iuvenes et gallinarum pulli et
 iuvenes pingues capones que tamen ad aliqualem caliditatem et humi-
 ditatem declinant. Similiter et perdices iuvenes et coturnices. Perdi-
 ces tamen declinant ad aliqualem frigiditatem et siccitatem: et sunt sicut
 galline deserte et habent proprietatem constringendi ventrem et elixi.
 Coturnices autem sunt satis temperate. Dicunt quidem quod ex comestio-
 ne coturnicis fit spamus et terhanus: sed aliquantulum declinant ad cali-
 ditatem et sunt subtilis substantie generantes bonos humores et multum
 competunt sanis et convalescentibus. Reliqua autem volatilia super-
 rius enumerata plus distant a temperamento: puta carnes columbarum
 iuvenum et turturum iuvenum. Nam harum antiquarum carnes sunt
 evitande propter earum nimiam caliditatem et siccitatem et digestionis
 difficultatem. Antiqua autem columba mirabilem habet proprietatem
 in epilepticis et paraliticis: et turtures in acuendo ingenium. Horum ta-
 men pulli sunt convenientiores corporibus sanis: sed declinant ad siccita-
 tem et caliditatem. Unde evitari debent in regionibus calidis comple-

Proprietas
cuniculorum

De volati-
libus

Aves dege-
res in aquis
illaudabi-
les sunt.

Volatilia
laudabi-
lia.

Contra epi-
lepsiā.

regione etate et temporibus calidis. Aues parue que capiuntur in bladis
ut allande declinant ad siccitatem et caliditatem sed non tantum ut tur-
tures et columbe. Et est diligenter notandum quod genus volatiliū om-
nia pauci
est pauci nutrimenti si comparentur generi peditantium et maxime porcorū sunt nutri-
quorum carnes nullum aliud nutrimentū excedit in bonitate. Sed vola-
ment
mentum caro est digestibilior et maxime perdiciū et gallinarum gallozū iuue-
De mēbris
num et colubarum et allandarū et animum paruarum que capiuntur in bla-
volatiliū.
dis. De interiorib⁹ volatiliū respectu membrorum exteriorum proportio-
nabiliter dicendum est sicut in peditantib⁹ dictum est. De intestinis vo-
latiliū similiter est sciendum: quod sunt simpliciter in esibilia: quarū tamen
animum ventres esibiles et delectabiles sunt valde sicut ventres anserum
impinguatorū gallozū et gallinarū quorum alimentū infusum fuerit in
lacte: sicut autē eoz ventres sic et epata nō solū ad esum delectabilia sūt:
sed maxime nutritiva. Testiculi gallozū iuuenum etiam sunt boni nutri-
Zesticulus
menti et multi facilis digestionis. Cerebella volatiliū laudabiliora sunt galli
cerebellis quadrupediū quanto sicciora eis. Ipsorum autem volatiliū q̄
sunt montana cerebra sūt antiquorum cerebras meliora proportionabili-
ter alijs partib⁹. Cristas et barbas gallozū nō collaudauit aliquis nec vi-
tuperauit. De partibus autē exterioribus volatiliū proportionabiliter est
dicendum sicut in peditantib⁹ dictū est. Partes enim anteriores sūt me-
liores posterioribus et dextera quam sinistra et pinguis mediocriter quaz
pinguedine denudata et propinqua cordi quā remota et ossuosa parū quā ossi-
bus denudata. Unde sciendū quod ale volatiliū et specialiter iuuenum
Ala bona.
pinguū ydonee sūt ad digestionem et nutritionem: et similiter gallinaz
et gallozū pinguium et iuuenum similiter et caponū. Optime quidem
sunt ille ale que sūt nutritorū bene et iuuenū: pessime vero que macilen-
torum et prosectorū. Et est diligenter notandum quod volatilia que sunt dure
carnis ut pauo et anser et antiquus capo et anas et grus indigent mul-
ta mora post eoz occisionem antequam decoquantur et comedant et oppo-
situm est de volatilibus mollis carnis et facillis digestionis. Non em̄
indigent multa mora post eoz occisionem antequam decoquantur.
Et quanto carnes volatiliū sunt grossiores et min⁹ putrefactibiles tanto
De mora
post occi-
indiget maiori mora ut carnes eoz mollescant et fiant magis apte ad de-
sionem.
coctionem et digestionem ut eoz aromaticitas reducatur de potentia ad
actū ex longa mora. Et paoues maxime indigent longa mora inter vola-
tilia omnia et deinde agrones et grues: et deinde capones antiqui: deinde
galline et galli iuuenes. Cetera autem volatilia pauca vel nulla mora in-
digent. Bonum igitur est quod pauo conseruetur per tres dies vel per
duos et capo iuuenis vel galline iuuenes per duodecim horas ad minus
et capo antiquus per viginti duas et grues et agrones per duos dies vel
diem cum dimidio. Amplius diligenter est notandum quod modus deco-
ctionis multum est considerandus in carnibus peditantium et volati-
lium. Nam que decoquantur in aqua dulci dant corpori humidius ali-
mentum et facilius digeruntur. Assata autem et frixa sicciora sunt et tale
dant corporib⁹ nutrimentū: similiter domestica ceteris paribus dāt alijs
humidius nutrimentū et facilius digestionis et pluriū superfluitatū quā
siluestria. Et habitantia in motanis et in locis siccis dāt corpori siccū ali-
i ij

Modus
decoctiois

Tertia.

De lima.
cijs.

mentum et minorum superfluitatum et magis mundum et minus resolu-
bile et difficilius conuertibile quam habitantia in locis aquosis et humidis. Et
debet hec comparatio fieri in eadem specie et ceteris paribus ex parte etas-
tis habitudinis et similitum. Et quia limarie videtur habere convenientiam
cum carnibus pedicantibus et quidam ex eis quotidie comedunt breuiter hic
de eis est transeundum in quantum habent alimendi virtutem. Sciendum igitur quod
carnem habent duram et propter hoc indigestibile si tamen digeratur mari-
ni nutrimenti existit. Et quia aqua decoctionis earum est ventris subductina
propter hoc aliqui codientes hoc brodium cum oleo sale et vino vtuntur bro-
dio ad secessum eorum que secundum ventrem. Si autem velis solo nutrimento eis
viri carnem huius aialis decoctam in aqua transpone in aliam aquam dein
de iterum illud decoques: et sic secundo et tertio decoques quod tenera fiat caro
preparata enim sic restringit ventres et alimentum sufficiens corporibus eribus
intantum etiam quod multum competit volentibus impinguari. Multas bo-
nas alias habet proprietates quas memini me scripsisse in consilio per me
ordinato ad empropterea passionem: in quo etiam loco sufficientius electio-
nem require limariarum et modum preparationis et inuamenti eorum.

Capitulum decimioctauum de piscibus.

Pisces sunt
nature fri-
gide



Pisces
marini

Consequenter determinandum est de pi-
scibus. Sciendum igitur quod pisces respectu carniū ce-
teris paribus minoris sunt nutrimenti et facilioris di-
gestionis et nutrimenti eorum est magis superfluum et fleu-
maticum et frigidum et humidum et minus massuum.

Et quidam dicunt quod sunt ad digerendum duri et longam
faciunt moram in stomacho et sitim generant: et si sint
ad digerendum duri et longam moram faciunt in stomas-

cho hoc est ratione frigiditatis et viscositatis: et quia in eorum digestionem labo-
rat stomachus interdum corrumpitur in stomacho et qualitates quandam
suscipiunt putredinalē et sitim generant. Et ut sit ad unum dicere carniū
laudabiliū nutrimentū melius nutrimento pisciū. Et est sciendum quod pi-
sces marini sunt meliores piscibus aque dulcis ceteris paribus. Eorum enim
nutrimentum minus est superfluum et fleumaticum et nature carniū magis
propinquum: sed quia ceteris paribus pisces marini sunt durioris carnis pisci-
bus aque dulcis: ideo sunt difficilius digestionis et resolutionis et plu-
ris nutrimenti et purioris. Unde iudicio meo meliores sunt in regimine sa-
nitatis quam pisces aque dulcis. Et est diligenter notandum quod in piscibus tam
marinis quam aque dulcis eligendi sunt quorum caro non est viscosa sed frangi-
bilis: non multum grossa sed subtilis: non grauis odoris sed suavis: nec cito
putrefactionis sed sufficientis durationis: non mali coloris: sed albi et quo-
rum habitatio non est in lacubus stagnis nec in locis sordidis: nec in aquis
habentibus multas herbas: qui etiam non sint macri nec valde iuvenes nec
valde magni. Et qui sunt velocis motus et pance viscositatis. Et si pisces
marini qui capti fuerint in fluminibus multum distantibus a mari: tales
viri: quia pisces primis additionibus suppositis pre ceteris erunt eligendi. Amplius
suppositis predictis additionibus quanto squamosiores tanto meliores. Et si
multum intelligat de spinis. Nec enim significant puritatem substantie piscis.
Inter pisces marinos capti et nutriti in mari profundiori et magis agitato et

Piscis squa-
mosus me-
lior.

ad quod est cursus plurimū flumīnū plurimū sunt et meliores. Et ex hoc cōcluditur q̄ pisces capri et nutriti in mari mortuo nō sunt ita laudabiles sicut q̄ capri sunt in alio mari. Et similiter capri in mari meridionali nō sūt adeo sani sicut in septentrionali: quod magis est agitatū. Est enim magis tempestuosum et velocioris fluxus et refluxus. Et similiter intelligitur de piscibus aque dulcis. Nam ceteris paribus quāto aqua est profundior et mobilior tāto piscis in ea nutritus est melior. Et his igitur elici potest sufficiēter qui pisces sūt vituperabiles et qui laudabiles de piscibus q̄ sunt in usu. In his partibus gallicanis. Et primo dicemus de piscibus marinis deinde de piscibus aque dulcis. Dicamus igitur q̄ bestiales sicut porci marinus canis marinus: delphin et morua nō multū competūt in sanitatis regimine. Sunt enim difficilis digestionis et grossi humoris et multe superfluitatis. Nec in carnibus predictorum piscium apparent cōditiones superius enumerate: puta albedo subtilitas frāgilitas et cōtutatis mediocritas moris velocitas et odoris suauitas. Et si hos pisces et consimiles comedi cōtingat non statim sunt comedendi aut coquendi postq̄ capri sunt sed obseruandi sūt per aliquos dies quousq̄ eorum carnes molescat et tremescant sine substantie corruptione. Amplius predicti pisces meliores sunt semisalsi q̄ recentes pisces autem perfecte salsi non competūt in sanitatis regimine sicut nec carnes. Nam male nutriūt et parum et tarde. Et de alijs piscibus marinis sciendū q̄ p̄sideratis p̄ditionibus supradictis laudabilibus mihi apparet q̄ rogetus et gomatus inter pisces marinos sunt laudabiliores: nam eorum caro est alba satis subtilis et frāgibilis boni saporis et odoris delectabilis et eorum substantia apparet purissima. Et post hoc plagitia et sola: sed horum caro est magis viscosa et minus frāgibilis et minus alba et magis grossa et minus subtilis nec horum sapor aut odor est ita delectabilis. Et forte piscis merengus est laudabilior post rogetum. Nō enim est tante grossicie et viscositatis sicut plagitia et sola et eius substantia est satis frāgibilis sed consideratis sapore et odore cum colore et substantie puritate et mobilitate deficit in bonitate a rogeto et gomato: et similiter intelligatur de allece. Et morua inueniatur satis appropinquat predictis in bonitate consideratis predictis conditionibus et tamē grossior et viscosior predictis piscibus. Salmones autem et turboti et maquerelli et cōgri multū deficiunt a bonitate rogetorum. Sūt enim multū grossiores et viscosiores et magis sunt superfluitate pleni. Unde nō competūt nisi exercitantibus fortibus iumentis robustis cum quibusdā salsis et grossicie viscositati et frigiditati repugnantibus. Rogia est propinquior predictis immediate in bonitate et malitia. Sepia autem ceteris enumeratis est deterior: sicut facile est videre consideratis cōditionibus superius numeratis. Omnes autem pisces superius enumerati meliores sunt frii vel assati q̄ elixiati. Et elixiati in vino cum quibuscūq̄ seminibus vel heris eorum viscositati et frigiditati repugnantibus q̄ in simplici aqua cocti. Eius autem piscium specialiter frixorum in multo oleo simpliciter ē enitanda. Et minervaliter de eorum interiora euitanda sunt quousq̄ quorundam piscium parata similiter et capita sūt gustui multū delectabilia: sicut patet de epata norue et capite eius: et de oculis quorundam aliorum sicut melius me nonneunt lecatores. Preter autem hos pisces marinos quādam alij de genere ostreae corremacii qui sunt in usu. Nos autem solū facimus mentionem de ostreis et nolis quibus solis gallici yti consueuerūt. Aqua decoctionis earum quā

Electio piscium.

Piscis bestialis.

Rogetus et gomatus sunt laudabiles oves.

Merlengus.

Morua.

Salmon.

Rogia sepi.

Modus preparandi.

Tertia

dam habet viscositatem ratione cuius ventrem laxat: sed predictorum caro perfecte cocta in pluribus aquis per decoctionem depurata inter alios pisces sufficienter nutrit sicut de limachis dictum est: et ventrem stringit et inter alios pisces plus stomachum confortat et minori frigiditate participat.

Natura ostreorum. Humor: tamen a talibus generatus sicut et ceterorum piscium est crudus vel fleumaticus: crudus quidem ostracordermacum habentium carnem duram et fleumaticum ostracordermacum habentium carnem minus duram cuiusmodi sunt et ostree et mole que sunt in usu. Humor igitur ab eis generatus fleumaticus est sed minus quam ceterorum piscium. De piscibus aque dulcis que apud nos sunt in usu dicam: quod consideratis conditionibus superius enumeratis: propter coloris albedinem: frangibilitatem et subtilitatem substantie et saporem et odorem suavitatem et mediocritatem et competentem squamositatem et velocitatem motu et aqua in qua reperiri consueverunt bonitate meliores sunt piscibus quod capiuntur in aqua petrosa currente versus septentrionem profunda multa agitationis ad quam non confluit sordiditas ciuitatum in qua etiam non sunt herbe male. Et mihi apparet quod parca et lucius mediocriter obtrinent primum gradum supposito quod sint pingues. Et deinde vendosie et deinde locia: et quod uis carpo sit squamiosior predictis tamen non habet carnem adeo albam nec frangibile nec subtile sicut lucius et parca et sepius reperitur in stagnis. Anguilla autem dato quod sit laudabilis gustui tamen consideratis conditionibus predictis piscium est mala. Sed lampreda parue sunt laudabiliores anguillis et minus periculose. Non enim sunt tateviscositatis nec grossicie sicut parca et ad sensum. Et sicut dicimus de anguilla inter pisces aque dulcis: sic intelligimus de lampreda. Unde salua reuerentia ventum iste piscis est valde periculosus quous sit ori saporiosus. Horum enim piscium in aqua similis generatio generationi serpentium in terra. Unde multum dubitandum est quod non sint venenosi. Unde eorum capita et caude in quibus venenum consuevit esse et similitudo interior: spina nullo modo sunt edenda. Bonum est et propter eorum viscositatem quod submergantur in vino optimo viuere et dimittantur ibidem quousque mortue sint et deinde preparentur cum galentina optimarum specierum secundum quod coci magnorum dominorum consueverunt facere. Laudo tamen quod prebuliantur primo duabus ebullitionibus in vino et aqua: et illa abiecta decoquantur ad perfectionem et fiat galenina vel pastillatur vel assatura et cum balsameto appropriato comedantur. Commodius est tamen manerem huiusmodi piscium dimittere. Jam enim multi ex eorum usu sunt periclitati. Unde consideratis conditionibus supradictis inter omnes pisces pessimi sunt minime comedendi. De cancribus autem fluuiatilibus et marinis quasi eadem ratio est sicut de ostreis et molis nisi quod difficilioris digestionis sunt et pleris nutrimenti sunt et non facile in stomacho corrumpuntur sicut multi aliorum piscium et habent quandam viscositatem ratione cuius laxant ventrem nisi decoquantur in pluribus aquis et sic aqua decoctionis eorum sit maxima laxativa. Et eorum substantia ventrem constringit et sufficienter nutrit. Et est eius satis laudabile nutrimentum inter pisces. Est etiam diligenter notandum quod pisces corpus humectant et lac et sperma multiplicat et multum competunt colericis: et loquor de recentibus piscibus. Non sunt comedendi pisces post forte exercitium vel post forte laborem quia tunc de facili corrumpuntur. Amplius habentes stomachum debilem vel malis humoribus plenum non gaudeant in esu piscium. Amplius sciendum quod pisces grossi e-

viscosi semisalsi meliores sunt recentes. Et saliti multi tēporis nō sunt bō
ni. Amplius pisces et carnes non sunt simul edenda: nec pisces et lacticia
nec pisces comedendi sunt post alios cibos. Amplius pisces laudabiles
sunt saliti et in pauca quantitate sumpti reuocant appetitum et ipsum cor
roborant specialiter si quis habuerit appetitum ad eos.

Capitulum. xix. de animalium superfluitatibus.



¶ Insequenter dicamus de animalium su
perfluitatibus q̄ sunt in v̄su: puta de lacte onis et san
guine. Primo ergo dicamus de sanguine. Sciendū igit
tur q̄ omnis sanguis est difficilis ad digerendū et ma
xime qui est grossus et melancolicus cuiusmodi est san
guis boī. Sanguis autem leporis est alijs delectabi
lior. Et in multis est in consuetudine ipsum coquere
cum epate et cum quibusdam alijs visceribus. Quidā
etiam vtuntur sanguine porcorum iuuenum et magnorum castratorū: sed
sanguis porcorum non castratorum est indelectabilis et difficilis digestio
nis. Sanguinem autem capriolorum iuuenum quidā dicunt esse delecta
bilem. Amplius quidā dicunt q̄ bonus est sanguis gallinarum et collū
arum impinguatorum: et tamen est deterior q̄ porcorū nō castratorū nec
ad delectationem nec ad digestionem valet. Multrum tamen deficit a san
guine leporis: sed quia omnis sanguis est indigestibilis et superflucus se
undum quemcumq̄ modum quis ipsum preparauerit non est vtendum
eo in sanitatis regimine nisi in casu necessitatis.

¶ Na. sangui
nis.

¶ Ois san
guis ē in
digestibi
lis.

De lacte.



¶ De lacte sciendū q̄ lac est boni nutrimentī fa
cilis digestiōis et satis nutrit. Est autem eligendū lac
mediocre et nō subtilissimū cuiusmodi est lac cameli
nec grossissimū et pinguisimū cuiusmodi est lac vacca
rum et pecudum. Eligendū igitur ē lac capre non enīz habet
rātū aquositas sicut lac cameli qd nō est aptū ad nu
trindū ratiōe nimie humiditatis nec habet rātū pin
guedinis et grossicie seu caseitatis et butirositatis sicut
ut vacca et pecudū. Et cū cōponētia lac sunt magis cōmēsurata in lacte
min⁹ excedētia et excessa magis est conueniēs in sanitatis regimine. Lac
enī humidissimū ventris est subductiuū. Et lac grossissimū et pinguisimū
est venarū opilatiū et ventositatū generatiū et difficilioris digestiōis q̄
est necessariū in regimine sanitatis. Eligatur igitur lac corpore non nimis
pinquū prui nec nimis distantis a partu nō pregnātis: nutrire in bonis
ascuis et in tēpore quo reperiūtur meliora pascua in quo animalia sunt
inguiora. Et q̄ lac est facilis digestiōis et corruptionis non est comeden
dum cum alijs cibis et specialiter cum piscibus. Similiter comedendū est
um trahitur ab vberē. Si enim remanet per tēpus notabile corrūpitur
continēre. Bonum est etiam q̄ admisceatur aliquantulū mellis vel zuc
ari ut ipsius corruptio in stomacho impediatur v̄rositatum in lateribus
generatio et dentiū et gingiuarum lesio et capitis grauedo. Usus enī lactis
apitis dolorē inducit et ginginas laxes efficit et dētes putrefactibiles et pitis.
orosos causat. Unde bonū ē post assumptionē lactis trāsglutire aquam

De lacte
capre.

¶ Lac facile
corrūpit.

Facit do
lorem ca
pitis.

Tertia.

mellis et similiter gargarizare et est eo os et dentes lauare et secundo post
 aquam mellisvri eodem modo vino pōtico et specialiter propter gignas
 et dentes. Et si dubitarem? capitis dolorem nullo modo post lac bibatur
 Incōmo / vinū nisi valde aquaticū. Quia aut magis grauantur ex vsu lacris sunt ha
 da lactis. bēres capita debilia et venas epatis strictas et stomachū debile et immūdu
 Usus continuus lactis serosi nō est periculosus omnib? eo vtētib? sicut la
 ctis non serosi sed caseati plurimū. Nam lac caseatū plurimū ledit eos q
 pectori cō / sunt dispositi ad lapidis generationē et venarū opilationē. Pectori aut est
 fert. omne lac bonū et pulmōni. In quib? aut dubitatur fluxus vētris abstineāt
 Delacte co / a lacte seroso quia ventrē facile subducit. De lacte aut coagulato siue igni
 to ignito to siue bullito et decocto sciēdū q lac bullitū et decoctū caret substantia se
 rosa: et ideo efficitur difficilioris digestionis maioris opilationis et ventre
 sitatis et grossioris humoris nec tñ puenit in regimine sanitatis sicut et ce
 tera. Et similiter intelligitur de lacte decocto cū ferro ignito vel lapidib?
 ignitis nisi q lac isto modo decoctū acquirit quandā stipticitatem seu sti
 ptiā qualitatē ratione cui? stomachū cōfortat et viscera: et magis q aliter
 coctū vel non coctū simpliciter. Unde nō ita cito corrumpitur in stomacho
 Uētrē la / Et est cib? conueniens satis his aquosum stomachis cito descendit cibus
 rat. anteq digeratur perfecte. Et q lac ventrem laxat ratione cuiusdam nitro
 sitatis in aquositate lactis q totū lac participat et non solū aqua ipsius.
 Lac coagu / Bonū est q cū lacte permisceatur aliqua aqua mixta simul cum lactis se
 latum. rositate per ignitionem vel ebullitionem totaliter consumatur et sic prepa
 ratū lac erit ventris minime subductiuum. Lac autem coagulātū virtute
 coaguli distinguētis serū a caseo siue serositate sumptū est minus conue
 niens q lac simplex propter ipsius grossiciem: nec est ita stomacho conue
 niens et ceteris visceribus sicut lac per ferrum ignitum decoctum: sed si co
 medatur serum simul cum caseo in lacte sic coagulato: quia est eadem ra
 tio de lacte simplici et coagulato nisi q ratione coaguli min? laxabit ven
 trem et plus morabitur in stomacho et erit maioris caliditatis: et ratione
 distinctionis partium lactis natura magis laborabit in digerendo. Unde
 omnibus consideratis minus competit in regimine sanitatis q lac non
 coagulatum. pter maneries lactis enumeratas est vna maneries lactis
 acetosi et est grossioris substantie: difficilioris digestionis: frigidioris com
 plexionis. alijs maneriebus lactis et minus conueniens corporibus sanis
 et ad frigiditatē declinātib? et specialiter secundum ipsorum viscera nō
 competit: sed dentibus et gingiuis et caputibus sanorum corporum minus
 obest. Non enim sic capitis dolorem inducit nec gingiuis laxat nec dētes
 ad putrefactiones corrosiuam disponit: ratione tamen sue frigiditatis
 dentes ledit et nervos sicut alia frigida. Nam frigidum inimicum est
 nervis dētrib? et ossibus: et specialiter si rota complexio corporis ad frigi
 ditatem declinet et tempus et etas frigidia fuerit et eo magis si cerebrum
 et orta ab eo a radicali pplexione declinet ad frigidū. Et vt sit ad vñū dice
 re corpib? sanis non cōpetit via cibi et minus corporib? frigidis et specialis
 ter tempore frigidio et etate senili. Corporibus tamen colericis et specialis
 ter scdm eorū viscera et tēpore et etate et regiōe calidis hoc lac satis ē cōueni
 ens et sufficienter digeritur et cōuenienter nutrit: nec in eorum stomachis
 acetosabitur. Amplius nec in fumos colericos conuertitur. Calidis igitur
 corporib? lac accetosus nō solū non obest sed sufficiēter pdest. Sed habent

tia contra naturam inuenta percipim⁹ et vocam⁹ talia corpora neu⁹tra desinentia que tamen adhuc sunt in latitudine sanitatis: vnum autē sermonem conuenit preseruare in omnib⁹ talibus corporibus q² similis est custodia futurorum et curatio presentium: per eandem enī medicinā per quam curantur egritudines actuales: curātur etiam parati ad eas de propinquo: et sic istorū regimen sufficientius habet per regimen curatiuum. Ne igitur trāseamus nostri propositi límites: scilicet regiminis conseruatiui: de regimine talium corporū et de modo succurrendi eorum accidentibus dū adhuc permanent in latitudine sanitatis breuiter pertrāseo: et q² de hoc plus scire curauerit legat antiquorū libros de sanitatis regimine vniuersales et particulares. Sciendū igitur q² qui sunt parati cadere in egritudinem aut sunt parati propter repletionē sui stomachi aut ppter cruditatem seu maliciam humorū qui in eis existit. Quo ad primum temperanda est humorū q²ritas: et quo ad scdm corrigenda est humorū qualitas per contrarium: vel ad hūc finem q² corpus et his possit nutriri v⁹ q² obediant expulsionī: humorū autē q²ritas temperat cū equalitate q²ritatis nutrimenti et augmento exercitiū et fricatione et balneo et vt cibus eis parciatur et nō vna vice suam compleat satietate: et si de facili sudet fiat vt aliquibus diebus sudet et tardet comestio post balneum ad spaciū quatuor horarum: nisi dubitem⁹ motum colore rubee ad stomachū: tales enī cibandi sunt ante balneum: et si tales sic balneati et cibati sentiant in lateribus opilationes: vtant de opilationis notis et appropriatis eorū complexionī. Posset autem esse tanta humorum multitudo et plenitudo q² predicta non sufficerent sed esset necessaria stiborhomia et farmacia. posset etiam tantū peccatum esse in qualitate humorū q² alteratiua cōtraria nō sufficerent: sed essent necessaria euacuantia. Et q² parati cadere in egritudinem habēt quedam accidētia et signa egritudinis prenosticatoria de his signis accidētibus et de eorū remedijs generalib⁹ volo in hoc capítulo pertrāsire: nā de hoc speciali⁹ tractare pertinet ad librum de ingenio sanitatis. Incipiam⁹ igit ab vna mala aptitudine egritudinis prenosticatoria q² est generalis et ponamus eius remedium: et est illa mala aptitudo laboris spondaneus: quando enim aliquis sentit se multum fatigatū ac si fecisset magnum exercitiū et membra confracta et dolorosa: ac si membra eius essent percussa proculdubio significari potest egritudo futura nisi remediū adhibeatur: nec remedium huius aptitudinis male coīcidit cum cura egritudinis alicuius particularis: et ideo de remedio huius accidētis diffusius est tractandum q² de remedijs aliarum malarum aptitudinū. **¶**

Duplex cā
egritudinis
future.
Humorū
tempera-
mentum.

Quarta

Spontaneus labor triplex est

Colera acuta est et mordicaria.

Humores qui sunt causa laboris

De humoribus in venis.

rum cura coincidit cum remedijs aliquarum egritudinum specialium. Unde etiam sapientes loquentes de regimine sanitatis de remedio huius accidentis longum faciunt sermones. Est enim hec aptitudo non ad egritudinem specialem unam: sed ad multas: nec etiam est aptitudo ad egritudinem huius membri determinari: sed totius corporis et omnium partium eius tam interiorum quam exteriorum. Bene igitur expedit de hac aptitudine mala et de eius remedijs longiorem facere mentionem. Sciendum hoc quod spontaneus labor triplex est quantum spectat ad propositum. Ulcerarius qui est ex humorum mala qualitate acuta et mordicaria: vel granatiuum vel extensiuus qui est ex humorum immoderata quantitate: vel apostematosus qui provenit ex humoribus peccantibus in quantitate et qualitate. In omnibus his laboribus spontaneis indigemus alterantibus vel euacuantibus aut utroque modo. Quo ad laborem ulcerarium indigemus alterantibus et corrigentibus maliciam humorum. Quo ad extensiuum indigemus euacuantibus. Quo ad apostematosum indigemus utrisque. Alteratio et digestio fit a natura et cum medicinis convenientibus et cibis qui habent humorem corrigere et aliquando somnus et quies et fames iunguntur ad hoc. Euacuatio fit cum medicinis que prouocant urinam et sudorem: ventrem et fleuborhonia et exercitio. Hic igitur est modus generalis remediandi labori spontaneo. Et ut laboris ulcerarii specialis curam et remedium videamus. Sciendum quod humor acutus mordicarius est causa huiusmodi laboris: et iste humor mordicarius non solum est colericus sed melancolicus et fleumaticus. Colera namque mordicat propter suam acritudinem: et melancolia propter suam acetositatem: fleuma propter ipsius viscositatem. Isti autem humores que sunt causa laboris: vel sunt sub cute et in perforatibus membrorum vel sunt profundati in musculis vel sunt in venis. Amplius autem cum istis humoribus vel sunt humores mucillaginosi si et grossi et viscosi vel non. Et si sint mucillaginosi vel sunt in venis cum sanguine vel in spongiositatibus membrorum et musculorum cum predictis humoribus in venis: vel est in multo sanguine vel paucis: paucis quidem cum tales humores sunt multi et multum elongantur a natura sanguinis et multum cum sunt propinqui nature sanguinis et fuerint pauci. Si igitur humores qui sunt causa ulcerosi laboris sunt sub cute sufficit exercitium et fricatio et balneum et syrupus acetosus et cibus subtilis. Si autem isti humores causantes laborem ulcerosum sint locati in carne et musculis indigemus quiete et abstinentia a cibo. Ista enim adducit digestionem nec tunc indigemus exercitio: et in sero balneantur in aqua calida et cibentur cibis subtilibus et utantur syrupo acetoso. Et si accidens sedetur cum isto regimine bene quidem cognouimus causam et locum. Si autem humores sint in venis magnis: quia scilicet sunt propinqui nature sanguinis et cum multo sanguine et non sunt humores mucillaginosi fiat statim fleuborhonia. Et si sint cum paucio sanguine et non sint humores mucillaginosi. Et sint longinqui a natura sanguinis exhibeatur pharmacia humori appropriata: et si in venis sint humores mucillaginosi et grossi nullo modo fiat fleuborhonia: sed ante subtilis sanguis cum subtiliantibus lenibus: nam fortia subtiliantia spergunt humores ad membra subtiliantione. Si sit multus sanguis et humores predicti sunt propinqui nature sanguinis fiat fleuborhonia: et si paucus sanguis et humores distantes

natura sanguinis post predictorum humorum subtiliationem fiat euacuatō cum farmacia appropriata. Si autem hūiores muscillaginosi non sint in venis: sed in membris tunc possunt securius exhiberi fortia subtiliata: et que sunt illa scitur ex libris simplicium medicinarum et compositarum. Signa etiam significantia humorem peccantem et locum humoris scias ex libris signorum. Consideratis igitur vitiis et pulsibus ceteris signis et regimine precedente et complexione etate et tempore consuetudine et similibus leniter deueniemus in cognitionem humoris peccantis et loci et cōstituti: sic igitur patet quomodo obuiandum est labori spontaneo vlceratio. Sed labor extensius et apostematus ex necessitate veniunt a sanguine multo: ideo conueniens est patientem primum fleubothomare si particularia concurrant. Quantitas autem fleubothomie accipitur scdm tempus anni etatem et complexionem et maiorem et minorem plenitudinem: et sunt distinguenda membra, in euacuatione huius humoris. Si enim sentiatur in capite grauedo fiat fleubothomia de ephalica et si in membris inferioribus de basilica et si in vtrisque membris sentiatur grauedo fiat de mediana. Sic igitur satis est manifestum quomodo obuiandum est labori spontaneo qui potest pronosticare diuersas et multiphasias egritudines futuras. Sunt etiam alie aptitudines male et malam egritudinem pronosticantes q̄ pronosticant aliquem egritudinem specialem et in loco speciali que cum remedijs earum generalibus valde communiter enumerande sunt. Dicamus igitur primo q̄ cum dolor capitis fortis et permanens fuerit vel emigrans timendum est se aqua descendat ad oculos et dilatetur pupilla et causetur cataracta. Si igitur talis dolor persenerauerit nec medicinis allenietur infirmus: infirmari subueniendum est vt arterie que in tympanibus pulsant extra pende sunt et sic per illas humor ad oculos non descendet. Amplius salus faciei persenerans et fortis: torturam oris significat cui est subueniendum et cum medicinis ventrem soluentibus: et cum medicinis vomitiuis comestio parua danda erit et a vino abstineat: fortibus etiam euacuationibus et fricationibus: necnon et gargarismatibus et sternuantibus vtendum erit et facies ex forti aceto in quo mentastrum bullierit fricari debet: fortis saltus in toto corpore pronosticat spasmum: et talibus expedit subiriare regimen: et fortiter euacuare et fricare corpus cum medicinis acutis. Amplius paralisis parua magnam portendit et expedit subtiliore regimen: et fortiter euacuare et cum medicinis acutis fortibus que scribuntur in cura paralisis magne. Similis enim est custodia futuroz et cura presentium. Amplius faciei et oculorum rubedo et venarum oculorum manifestatio et mobilitas et luciditas et lachrymarum descensus: et claritate luminis pati non posse: omnia hec si cum dolore forti capitis affuerint frenesim futuram pronosticant. Succurrendum igitur est cum minutione et clisteribus et medicinis euacuatibus: et ligatione inferiorum et fricatione dolorosa: cauit quoque oleo rosato et aceto infundendum erit. In cubus perseneras epilepsiam portendit cui obuiandum est cum medicinis epyleptie scriptis in capitulo de epyleptia. Tristitia: timor: pusillanimitas: melancoliam significant quibus succurrendum est: vt in capitulo de cura melancolie scriptum est. Eū aliquis quasi muscas volare ante oculos vel aliqd simile precepit: cataractas: oculorum futuras pronosticat. Rheumatismus est corisa et si frequenter

hūiores muscillaginosi sunt.

Signa.

De dolore capitis et q̄ sequuntur dolorem.

De incubo duice. tertio prima et tertia

Quarta

**Tremor
cordis.**

**Fetor vi-
ne.**

**Signa le-
pre.**

**Signa fu-
turaz egri-
tudinum.**

ter acciderit passiones pectoris et pulmonis protendit unde succurrendum est cum minutione et nutrimenti paucitate. Si sudor mali fuerit odoris significat quod egritudo vel febris de colera est propinqua. Quapropter de-
da sunt que coleram rubeam solvunt. Cordis tremor frequens et fortis mortem subitam pronosticat: ideo oportet succurrere cum munitione et medicinis soluentibus ventrem leniter. Repletio superflua emoptoyca vel appoplexiam vel vene rupturam pronosticat vel subitam mortem: unde statim cum minutione subueniendum est. Si sensuum perturbatio et motuum debilitatio cum repletionem affuerint ne superveniat appople-
xia minuendum erit. Succurrendum igitur cum minutione et gargaris-
mo: si gravitas fuerit in dextero latere: et punctura: et tensio: epatis lesio-
nem significat cui subueniendum est: ut in capitulo de egritudinibus epa-
tis dictum est. Egestio magis tincta solito significat quod colera multiplica-
tur in corpore: et minus tincta solito significat opilationem oris ad cisti-
fellis. Isti subueniendum est: ut in capitulo proprio ad hoc scribitur. Fa-
cies palpebre inflata idropisim futuram significant quibus subuenien-
dum est ut in capitulo de idropisi. Egestionum fetor magnus fastidium
vel humorum corruptionem significat. Fetor vine magnam putrefactio-
nem sanguinis significat et febres futuras: fatigatio et dissolutio cum de-
structione appetitus febrem significat. Appetitus destructio et fastidium
significat vel colicam vel colericam passionem futuram quibus subueni-
endum est cum longo somno et cibi abstinentia et alijs que nominantur
in proprijs locis: gravitas et tensio in inferioribus ventris cum permuta-
tione vine a dispositione naturali nocumentum in renibus inchoatum
demonstrat: ideo cito succurrendum erit: vine ardor diu perseverans ve-
ficam et virgam pustulis hereditabit. Subueniendum igitur est ut dictum
est in suo capitulo. Adollis egestio ani adustionem et puncturam facies
dysenteriam portendit. Amplius pruritus ani significat venturas emor-
roidas si non contingat causa vermium parvorum ibidem existentium.
Apostemata parva multa pronosticant apostema magnum. Ex multis
parvis glandulis magne glandule suspirio oritur: morphea parva alba
magnam preterdit que adeo intenditur ut lepra putetur. Adultus faciei
rubor cum quadam offuscatione et difficultate anhelandi et vocis rance-
dine lepram significat. Et ut sit ad unum dicere si aliqua dispositionis cor-
poris sani mutata fuit scilicet ut appetit fortior vel debilior existat: vel
exercentia a corpore plura vel pauciora: vel somnus longior vel brevior: vel
etiam in somneitas assit vel sudor preter solitum a corpore decurrat: vel
ea que a corpore decurrere solebant retineantur ut emorroyde et sanguis
menstruus: et vomitus qui statutis horis venire solebat. vel sanguis qui
ex naribus fluere consuevit: vel si totius corporis dissolutio fiat: vel inge-
nii eberudo: aut in ore sentiat sapor extraneus: aut ea que non consue-
uerunt delectationem auferre auferant vel econverso: aut coeundi desi-
derium sentiat quis augmentari vel diminui: vel in somno occurrat som-
nium quod non consuevit: vel corporis color convertatur et mutetur: aut
actus preter solitum vel ad ultimum cum alicui non consueta acciderint
et augmentari ceperint. Nec omnia egritudinem futuram pronostica-
bunt. Quamobrem cuiuslibet predictorum: et causa subtiliter est investi-
ganda et eius saluationem festinandum. Amplius quia hic loquimur

de regimine preseruatiuo addenda sunt aliqua quib⁹ homo potest a mul Regimen
tis egritudinibus preseruari : et per consequens in sanitate persenerare. preseruati
Sciendum igitur quod comedere simul pira siue poma et oua colicam ge/ tium.
nerant et ventositates : illorum dolores et emoroydas : vinum et lac si/
mul sumpta podagram generant. Caseus et piscis simul sumpta colicam
generant passionem : oua frigida sumpta maculas generant et ventosita
tes in quarum remotione stupor accidit : balneari stomacho pleno gene/
rat colicam. Coire ante euacuationem vrine generat arenulas. Coire cum
duabus mulieribus immediate generat lepram . Unctio cum oleo viola/
to in introitu balnei preseruatur a scabie. In comestione aquam non bi/
bas : nam potus aque relaxationem siue mollificationem causat in sto/
macho. Tres haustus aque calide in introitu lecti sumpti preseruatur a si/
ti. Cum pisces comederis non dormias donec in stomacho sint quasi di/
gesti quoniam torturam faciunt accidere: quod si somnum fugere nō po/
res parum mellis sume vel optimi vini . Si sero comederis : parum co/
mede et mane te inuenies leuem. Unde si quolibet mane vias passas co/
mederis proiectis arillis bonum erit. Si etiam semel in septimana mira/
bolanos grossos cū zuccara alba comederis a colericis et sanguineis egrit/
udinibus preseruaberis : et dicunt experimentatores qd si vngues in die/
ionis prescindantur a fissuris et alijs egritudinibus preseruantur. Si se/
mel in septimana vinum haustum aceti sumpseris a dolore splenis pre/
seruaberis. In calciando primo calcia dextruz pedem et inde calciando si/
nistrum: quoniam valet contra dolorem splenis et apostemata lateris.
Si vis vt dentes non alterentur munda eos cum ligno perfici. Ad vitan/
dum surditatem mitte in aures semel in septimana aliquantulum de ace/
to intinctum in oleo de lilio. Si vis viuere sanus observa vt cibus tuus
sit equalis et non plus recipias vna vice qd alia: et cum appetitu comede
re desinas et cum sitieris bibe ad medium satietatis: hoc enim corpus cō/
seruat stomachum confortat: et cibum ad digerendum iuuat: et cum ex/
stans in lecto vigilaueris decuba in dextro: et cum dormieris decuba in si/
nistro somno vttere duabus partibus noctis: et cum mane surrexeris fri/
ca dentes cum ligno aloes et sale nitro et rosii adustis puluerisatis. Hoc
enim dentes mundificat et dealbat gingiuas: et a fleumate liberat et fe/
torem oris remouet.

Mod⁹ dor
miendi

Conserua/
tio dentiū

Capitulum secundum.

De preseruando a pestilentia



¶ Dhuc in regimine preseruatiuo quod de/
betur corporibus decidentium restat determinare
de regimine corporum preseruandorum ab egritudi/
nibus pestilentialibus nobis contingere potentib⁹
ab aere preter naturam. Circa quod breuiter sic pro/
cedamus. Nam primo ponemus signa significantia
pestilentiam presentem vel futuram. Secundo dice/
mus aeris rectificationem . Tertio dicemus moduz

preparandi corpora ne ledantur a pestilentia aeris quantum possibile est
propter primum sciendum qd quando in estate multe eueniūt plunie nu/
bes quoq; et multitudo pluiarum die ac nocte permanferint: et medio/
m iij

Quarta

Signa pestilentialia nales venti perflauerunt: vel aer ita quietus fuerit q̄ non moueatur et cum hoc meridionalis ventus turbidus existat. Hec omnia pronosticant epidemiam futuram in fine estatis. Amplius in nocte quando contingunt aeris apparitiones coruscationibus similes: et aeris color similis est ictericie venti quoq; flauerint post quorum aduentum multa animalia et homines egrotant. Et in nocte videntur in aere radij: et splendor atq; egros-
tantes cito mortem incurrunt: aer etiam difficulter attrahitur: et egros-
tantium ora fetidum emittunt odorem. Ipsi quoq; infirmi multum angus-
tiantur et sitim habent magnam et ipsorum in frigidat extremitates vo-
munt et emittunt humores fetidos et corruptos. Ex his omnibus aeris
corruptio vt pestilentia denotatur. Amplius scias q̄ multitudo muscarum
et reptilium ranarum mortalitatem pronosticant: et similiter si vides
mures et animalia que habitant sub terra fugere ad superficiem terre et
exire manifeste: et videas aialia male nature fugere a nidis suis et dimitte-
re oua. Amplius cum videris aerem alterari vno die multotiens et clarifica-
tur aer die alio et oritur sol clarius: et alio die conturbatur: et oritur in ve-
laminibus nebule que est vt puluis tunc indica q̄ pestilentia accidet.
Amplius quando videris turbiditate aeris et nebulositatem: et speraue-
ris pluuiam et non pluat tunc scias q̄ complexio hyemis est corrupta.
Pestilentia autem estiuam malignam significat paucitas pluuię in vere
cum frigore: deinde multiplicatur auster et conturbatur aer aliquot die-
bus et deinde post clarificatur aer ebdomada vna non simpliciter et acci-
dit frigus in nocte: conturbatio et putrefactio et caliditas: tunc tam pes-
tilentia venit et expectatur febris et variolę et similia. Hec igitur sunt si-
gna pestilentie vel future vel presentis. Rectificatio aeris duplex est in
qualitate et substantia. In qualitate quidem quando aer excedit in cali-
ditate et frigiditate vel humiditate et siccitate. Sed rectificatio ipsius in
substantia est quando in aere non continente accidet corruptio vel putre-
factio vnde cum hoc contigerit. Si igitur aer in qualitate sit multum di-
stemperatus eligenda sunt loca ymbrosa septentrionalia et alta ventosa
et reprimatur aeris caliditas frigiditate aque et folijs aromaticis frigi-
dis et humidis: et sic suo modo intelligatur si aer sit distemperatus in alijs
qualitatibus. Aer autem corruptus in substantia est rectificandus cum
aromaticis calidis et frigidis: quod hominibus magis videtur corporibus ex-
pedire suffumigando aerem ex his intentio enim in his suffumigationibus
est aeris exsiccatio: et vt aer fiat boni odoris et prohibeatur putredo.
Calida rectificatoria. Calida autem rectificatoria et desiccantia aerem et putrefactioni resistan-
tia ex quibus potest aer suffumigari sunt hec: lignuza loes: thus: mirra:
muscus: costus dulcis: cinamomum: xilobalsamus: storax: terebentina:
cypressus: lapdanum: iuniperus: laurus: acorus: asarum: sanina: squinan-
tu: mel: crocus: et similia. Frigida vero rectificantia sunt hec: sandali: cam-
phora: cortices: granatorum: citonia: ebanus: rosa. Ex his igitur oportet
q̄ multiplicetur suffumigatio: et rectificetur aeris putrefactio. Amplius
nullomodo aer sit inclusus non euentatus: nam aeris euentatio et specia-
liter a plaga septentrionis multum rectificat aere. Hec igitur breuia suf-
ficient de aeris rectificatione. Et nos volumus hic apponere suffumigium
mirabile et expertum ad rectificandum aerem corruptum. Recipe bedegar:
sandali rubei: florum ana. partem semis: xilobalsami: xilaloos: olibani

ana. partem vnam et semis: seminis maiorane: cippi: gariofili: zuccari al-
bi musti ana. partem semis fudanith vnu terantur et bene dissoluantur
in qua storacis ambre ana. pars semis fuerit dissoluta. Si quis autem
voluerit corpora a pestilentia preseruare oportet vt extrahant humidita-
tes superflue: et inclinet eoru regimen ad subtiliationem et desiccatione
ex omni modo et minoratione cibi: sed non exercitio: oportet enim vt no
administret: nec balneu nec etiam tollatur sitis et rectificet aer: vt dixi-
mus et declinet cibis ad acetosa et minores ex eo: et sit caro administra-
ta decocta in acetosis. Amplius vtendu est succo limoni z agresta z ace-
to et innat etiam succus granatorum. Amplius cappares conditi cu ace-
to et similiter oliue valent ad idez. Et similiter zuccari rosari: tyriaca: et
metridatum valent ad idem cu reliquo regimine. Amplius medicame fa-
ctum ex ligno aloes: croco et mirrha valet multu contra pestilentiam et
sumat in die ex eo circa dragmam vnam. Amplius est sciendu q quando
aer corruptus est in substantia: et putrefactus est habitandum est in lo-
cis canernosis subterraneis: z quando in aere est magna caliditas habi-
tandum est in montanis ventosis vento septentrionali. Amplius sciendu
q bolus armenicus terra sigillata aere pestilentiali prebent magnum in-
namentu. Amplius in aere epydumiali ppter corruptione z putrefactio-
nem aeris: enitadi sut fructi humidit z olera z pisces z lac z carnes excep-
tis carnib volucru in moranis degentiu z vituli z hedi: z filii perdicu: et
vlt res ventre lenificantes hoc tpe copetunt: queadmodu sunt tamaridi:
pruna: cassia fistula: manna z viola: qn estas fuerit disposita sicut superi-
dictu est in principio hui capituli. Infantes z iuuenes z corpora habentes
grossa: z colorem rubeu maxime sut custodiendi ab aeris pestilentia. Et qn
estas totaliter cõsimiliter disposita fuerit tuc abstinendu erit a carne et
vino z a pfectionibus de melle factis: z fructib specialiter recentibus z
dulcib a balneo z lauacro aque calide abstinendu erit oino: z aceto vren-
dum in omi comestione z agresta z succo fructu acetosoz: z si necessitas
cogit comedere carnes superi nomiatas comedant cu aceto z succo vne
icerbe: z similibus superius in hoc capitulo nominatis: z si in corpore sit
anguinis repletio festinem inanitione si etas: cõplexio: cõsuetudo z reli-
qua particularia pcurrat. Abstiones quoq frigide eligede sunt in qbus
est morandū et foramina a parte septentrionis sint apta. Est em possibile
vt hoc regimine vtetes deo auxiliare aeris pestiferi dispositione euadāt.
Quando autē in fine estatis mult fuerit calor: z autūnus valde siccus et
vulnerulent z frigus z pluuie venire tardauerint: tuc eligede sut frigide
nāsiones: z rectificand est aer cu infrigiditantib z humectantib: puta
u pānis canabinis aqua aspsis z appēsis. Ampli pauimentu māfionis
aqua frigida irrozabit sepe et a labore z coitu et sollicitudine abstinendu
est. Amplius hoc tpe aqua calida qs lauand erit z aqua ifrigidata in po-
u sumenda: z a nutrientib calidis z vino abstinendu erit nisi vinum sit
ymphatu cum multa aqua. De cucumerib aut z cyrullis z his simili-
bus multū erit vtendu: summopere cauendu erit ne in sole sedeat: nullo
modo ieiunetur nec comestio post fame tardet z nullomodo tolerāda est
itis: in dormitione specialiter meridiana eligat loca frigida: pisces quoq
si comedere voluerit sup carbones assatos comedat: vnas quoq in q
ous est acetositas sumat in talib temporib: singulis dieb bibere aquas:
m iij

**Suffumi-
giuz mira-
bile.**

**De come-
stibilibus**

**Fructi sut
vitandi**

**De habita-
tionibus.**

Quarta

ordei confert multum et specialiter habentibus corpora multū calida et
 ficca: hoc enim regimine vrentes febres acutas calidas et pessimas egrit-
 tudines hoc tempore contingere potentes euadent. Quando autē in aere
 apparitiones corruptionib⁹ similes que in capitulo isto dicta sunt ap-
 paruerint fruct⁹ et olera que in tali tempore nascuntur sunt euitanda et
 aqua que in superficie terre est: nō est bibenda: aer quoq; calidus est fugi-
 endus: et dom⁹ qualibet die aceto et aqua mixtis est irroranda: et si in ae-
 re sint odores feridi rectifice aer cum his que sunt boni odoris vt supe-
 rius dictum est: et fumigef homo cum sandalo et camphora. **Nutrientia:**
 sint lentes: acetum et sumac et succus vire acerbe et similia: acetum cū aqua
 temperatum bibendū et vinum dimittendum. Amplius in hac dispositio-
 ne multū est sollicitandū in rectificatione aeris modo quo superius di-
 ctum est. Accidit quoq; in multis annis vt squinātia in vere multos in-
 nadat que mala et periculosa existit. Oportet igit preuenire euz minutio-
 ne et ventosis in crurib⁹ positis et ventris solutione et gargarismis q̄ sin-
 gulis diebus et noctibus fieri debent cū aqua rosarum in qua sumac ma-
 defactum fuerit et cum rob mororū et nucum: et cum his homo preseruab-
 tur a squinātia si deus voluerit et contingit etiam q̄ aliqua hyeme appo-
 plexia et paralytis et egritudines et his similes eueniant. Est igitur necessi-
 cum talis fuerit ann⁹ frequenter purgare corpus cum pillulis ad hoc ap-
 propriatis quas inuenies in libris particularib⁹ et gargarismis et sternu-
 tationibus iniectionibus totius corporis que omia inueniuntur in librorū
 locis particularib⁹. Amplius eoz nutrimentū est minuendum et subtrahē-
 dum. Ite breuiter sufficiant de preseruacione a pestilentia.

Nutrientia

**Contra squinā-
 tiam.**

Capitulum tertium de preseruando a veneno.



Coniam autem sani homines exveneni a
 sumptione magnū possunt incurrere nocumentū: be-
 num est in hoc cautelam et studium adhibere sic q̄ ho-
 mines ab assumptione talium venenorum valent meli-
 preseruari. Sciendū igitur q̄ nō est simile de colorib⁹
 inuentis in mixtis et quattuor elementis et eorūdem
 saporibus et odorib⁹. Nam colores mixtorū eandem ha-
 bent operationem respectu animalium et respectu hoīe

De colorib⁹

De saporib⁹

**Sapor
 horribilis
 euitād⁹ est**

sicut albedo cigni disgregat visum hoīs et nigredo congregat visum eius-
 dem: sic etiam et has easdem operationes habent isti colores respectu cuius-
 libet animalis viuentis: sed nō est sic de sapore et odore. Unde sapor qui est de-
 lectabilis et amicus alicui speciei animalium nō est amicus homini
 vt sapor ellebori et coloquintide nō est amicus homini: est tamē sapo-
 coloquintide porco delectabilis. Et sapor ellebori est amicus turdo.
 Volens igitur euitare speciem comestorum venenosam non comedat re-
 in qua participatur sapor horribilis nec odor: et specialiter si non sit cib⁹
 per experimentum notus. Dubitantes igitur de veneno permixto cum
 cibo ante omnia latent peroptime os suum cum aqua frigida limpidissi-
 ma et purissima: et tunc illo facto mastice cib⁹ diu: et teneatur in ore et
 sapor eius notetur et similiter odor. Nam proculdubio si in cibo sit vir-
 tus veneni sufficiens ad corpus perimendum percipitur sapor in ore ma-
 lus et horribilis. Amplius scias q̄ talis deceptio magis latet in ci-

bis vehementis dulcedinis vel acetositatis: et vniuersaliter participantibus saporem excellentem. Dubitantes igitur de veneno debent euitare ci-
 baria: et similiter fercula ex diuersis compoſita et diuerſorum colorum varias ha-
 bentes ſpecies cōpoſitionem diuerſorum et ſaporē excellentem valde. In bro-
 dio autem carniū ſimplici et in carniſus ſimplicibus et in pane ſimplici
 tales deceptiones de facili fieri non poſſunt. Dubitantes igitur ſint con-
 tenti cibis ſimplicibus et potu aque pure cū aqua hec deceptio minime fi-
 eri poſſit. In vino autem hec deceptio fieri poteſt de leui. Unde multū con-
 ſiderare debet ſapor vini et color et odor et debet in vaſe vitreo eſſe vinū vt
 ipſius color et ſubſtantia precipi poſſint: et bibatur vinū albū: clarū debile
 nam in tali vino dolus faciliſſe percipitur. Amplius ſciendū q̄ quedam
 ſunt q̄ venenū preſens non ſubſtinēt quin ſtatim mutetur in colore: ſicut
 dicitur cōmuniter de cornu ſerpētino vel lingua ſerpentina que in preſen-
 tia veneni humeſcit ſpecialiter ſi ſal ſupponat eidē et ſal ē lique ſerpē-
 ti veneni. Et ſimiliter dicitur de corallo: dubitantes igitur de veneno ta-
 libus debent preſeruiri. Amplius tyriaca ſumpta ante cibū et poſt valet ad
 idem et ſimiliter meridatū. Dulcia enim ſunt ſimplicia ad idem valentia
 puta: ruta: muce: anellane: ficus: ſaluia: tormētilla: bacce: lauri et herba tu-
 nici que apud diſcoridē appellatur polomenon bonū eſt igitur dubitantes
 de veneno hīs omnibus vel quibuſdam preſeruiri. Et ex hīs aliquid
 ſumere ante cibum et poſt. Dicunt quidā q̄ ſanguis leporinus potatus an-
 te venenū expellit ipſum. Amplius puluis teſticulorum vſi exſiccatorum valet
 cōtra venenū et expellit ipſum: ſi ſumatur ante cibū omnē et etiā ſi ſumatur
 poſt. Amplius qui dubitat de veneno euitare debet cibi ſpeciem in qua re-
 periuntur indiuidua habētia venenū et huiusmodi ſunt ſpecies fungorum
 et truffarum et lapidearum. Amplius neceſſariū eſt cauere vt nō ſit omnis eius
 cautela in cibo dato ab alio aut potu. Forte enim accidit ei vnde non eſt
 habet quādoq̄ enim contingit res cadere malinas ſicut lacertas vel ſcor-
 piones in eo quod decoquitur: et in vaſis in quibus eſt vinum. Nam plu-
 rimā venenorum diligunt odorem vini et currunt ad ipſum et quandoq̄
 moriuntur in cacabis: et quandoq̄ bibunt ex eo et vomunt in eo: et propter
 hoc oportet vt caueantur detecta: et quod eſt ſub arboribus magnis et her-
 doſa loca. Amplius conſiderandum eſt q̄ aqua qua vtimur non ſit a-
 qua ſtans in qua inueniantur venenorum ſpecies et ſimiliter intelliga-
 tur de herbis quibus homines vtiuntur: interdum enim in talibus locis
 conuerſantur animalia venenofa. Interdum etiam ligna quibus ſapiunt
 naturam venenorum in eis conuerſantium ex quibus hominibus poteſt
 it inopinata leſio cōtingere. Quādo igitur aliq̄s in ſtomacho ſuo percepe-
 rit viciū puta incenſionem: mordicationem: et inflammationem: an-
 guſtiam et ſitim: et ſudoris exuberantiam: aut ſomni profunditatem et ſtus-
 dorem: et frigus aut caſum virtutis cum ſudore et ſyncopi. Hīs enim ap-
 parentibus vel quibuſdam horum et ſubito ſine alia manifeſta cauſa ſtas-
 im eſt ſuccurrēdum cum vomitu pronocato cum oleo ſiſamino vel amig-
 dalarum dulcium: vel accipiendum eſt butyrum et lac: et cibum multū et
 comendū: et dato q̄ non ſequatur vomitus adhuc bonum eſt vt virtus
 veneni ex hoc deſtruatur vel minuatur: et ſi forſan venenū iam aſſum-
 ptum de facto deſcenderit ſiant clyſteria. Amplius ſumatur bolus armen-

De vino.

Que non
 patitur
 venenū.

Siplicia
 ad idem.

De aqua.

Signa.
 Remediū

uicus cum vino et fricetur totum corpus et tunc inhibeatur somnus: et ut sit ad unum dicere fiant omnia que possunt diuertere venenum ne moueatur ad cor. Unde salua meliori sententia puta quod transacta secunda vel tertia die non est malum: sed bonum et utile fieri fleubothomiam. Et si perciperimus venenum esse frigidum quod scitur ex somni profunditate et stupore et frigore bonum est quod exhibeantur calida valentia contra venenum puta allium vel ruta vel diprimum et similia calida superius enumerata et scripta in aureolis simplicium contra venena frigida: et si venenum sit calidum sumatur coriandrum et camphora et similia. Et si fuerit de hijs que interficiunt a tota specie: sicut napellus: sumatur metridatum: tyria: ca: semen vitice: agaricus: et colocynthida et semen iuniperi: et serapinum et castoreum sunt medicine bone contra venenum: quia faciunt enomere et ducunt per secessum et valent a virtute specifica. Sed quia cura venenatorum et venenorum in speciali magis pertinent ad regimen curatiuum: differram hoc tractare quousque componam librum memoriale de cura egritudinum in quo laborare propono auxiliare deo et vita comite post huius operis complementum

Que inter
ficiunt a to
ta specie.

Capitulum quartum de conualescentibus.



Signa non
perfecte con
ualescentium

Quoniam conualescentes ab egritudinibus continentur in latitudine sanitatis: determinandum est hic de ipsorum regimine in generali. Sciendum igitur quod quidam sunt perfecte conualescentes quia sunt perfecte mundificati: et alij sunt non perfecte conualescentes: quia non sunt perfecte mundificati. Si autem illorum qui non sunt perfecte conualescentes nec perfecte mundificati sunt hec: appetitus defectus

fitis inordinata: dolor capitis: granedo totius corporis et quod eorum corpora non redeunt ad eorum virtutem: et confortationem et in somnitas et labor in somno et egestio colerica: et similiter intelligatur de vana. Hec inquam et similia sunt signa imperfecte conualescentie: et in talibus dubitamus de recidiva: nam que relinquuntur in morbis subuersionem facere consueverunt: talium autem regimen multum appropinquat regimini egrorum: indigent enim mundificantibus et alterantibus residuum materie. Vere autem conualescentes in quibus nihil remansit de materia morbi quod scitur ex bonitate appetitine et ex eo quod corpus reddit ad virtutem et ad carnes: et quod egestionem non sunt humorales et nihil ex priori morbo relictum apparet nisi solum membrorum debilitas: tales inquam conualescentes non indigent alia qua specie enacuationis: sed solum virtutem confortantibus et facientibus corpus redire ad virtutem et solitas operationes. Commune est autem omnibus conualescentibus tam mundificatis quam post crism immediate eorum regimen debet esse secundum quod fuit in egritudine duobus diebus continue et parum valde debet appropinquare ad regimen sanorum: et quanto plus quis distabit a die critica: tanto plus debet appropinquare regimini sanorum. Conualescentes enim subito permutare ad sanorum regimen esset periculosum: et quia ut dictum est virtutes conualescentis sunt debiles nihil graue est eis deus ad ministrandum nec ex cibis nec ex potibus: nec ex ponderibus nec ex motu

Regimen
conualescentium

bus: et similiter intelligatur de alijs. Debent enim conualescentes gradatim perducere ad exercitium facile et equale: et quantum percipiunt eorum membra sustinere posse sine lesione et fatigatione: tale enim exercitium est conualescentibus conveniens. Et quia conualescentibus ut plurimum est paucus sanguis: administranda sunt que augmentum faciunt in sanguine. Conualescentium igitur cibi debent esse boni chymi et facili digestioni: et debent esse cibi fluidi et portabiles: tales enim cibi facilius et citius digeruntur et debent eorum cibi declinare ad caliditatem subtilem cum humiditate: et sint tante quantitatis quante convenientius digeri possunt: et quod non causent gravitatem nec rugitum nec inflationem: nec debent conualescentes tolerare sitim nec famem et sepe debent comedere et parum una vice: et si forsitan hec participantur post cibum assumptum minuatur de quantitate cibi. Hora autem cibandi conualescentes est hora diei magis temperata: nec debent conualescentes comedere ad satietatem: nec debet tolerare sitim. Potus eorum sit vinum subtile clarum: boni odoris non fumosum et saporis delectabilis et trahentis ad dulcedinem et non debet esse vinum eorum forte: et nullo modo bibant aquam frigidam multam nec balneantur in ea: hec enim posset esse causa mortis ipsorum repentine. Amplius oportet quod conualescentes quiescant et letentur et gaudeant: et ab evacuationibus abstineant et proprie a coitu. Coitus est enim maxime eis nocivus: vinum cum temperamento est eis conveniens et maxime subtile tenue ut dictum est. Si conualescentium crisis fuit occulta: suscipiendum est de recidiva: ideo interdicens est eis satietas comestionis omnino et plusquam alijs conualescentibus: et si videris ipsos indigere evacuatione quod fieri potest per signa superius enumerata in hoc capitulo. Primo confortanda est virtus cum bono cibo per aliquos dies: et deinde evacuandum cum medicina appropriata vel cum fleubothomia quod horum videas expedire. Fleubothomia tamen est evitanda conualescentibus quanto plus possumus quia communiter est paucus sanguis: interdum tamen est necessarium ipsam fieri propter aliquas causas speciales scilicet propter maliciam sanguinis: et propter illud quod remansit in eo de cineritate naturalium humorum quarum necessarium est ut extrahatur sanguis paulatim et augeatur bonus. Somnus diurnus non multum competit conualescentibus quia mollificat eos: et si competit: hoc est quia eis quiescere facit: et de regimine conualescentium est quod permutantur ad aerem contrarium aeri in quo erant infirmi. Amplius scias quod conualescentis vti debet his que securitatem faciunt a reliquijs egritudinis que necessit. Uerbigratia conualescens a pleuresi lenientibus pectus debet vti ex quibus securatur a pleuresi et reliquijs eius: timetur enim in conualescente a pleuresi asperitas pectoris. Amplius non est bonum quod conualescens sudat in balneo ratione virtutis sue debilis. Et si in conualescente multiplicetur sudor: signum est superfluitatis. Interdum contingit quod conualescentes auidi sunt in cibo suscipiendo: et tamen corpus non redit ad virtutem et venter solutus est: et in hoc casu diminuendus est cibus et aque potus: et confortandus est stomachus cum miua citiorum aromatizata vel non aromatizata: cuius miue descriptione invenies in libris particularibus de medicinis compositis et similiter con-

Hora cibationis de potu

De recidiva.

De floia

De somno

Exemplum

Tertia

fortandus est stomachus cum cerotis emplastris seu vnguentis stomacho appropriatis calidis vel frigidis stipticis quod magis videbitur expedire. Et quia raro sunt diurni morbi non inferentes passionem alicui membro principali multum considerandum in conualescentibus si aliquod membrorum principalium incurrat lesionem. et eidem lesioni pro viribus resistendum secundum quod videri possit in libris egritudinum particularibus: et sicut dictum est de membris particularibus ita intelligatur de virtutibus naturalibus et alijs virtutibus. Nam ad illius virtutis confortationem magis est intendendum quam magis viderimus debilitatem: quod quomodo cognoscatur et fieri poterit: ex libris scitur particularibus. Nolumus enim omnia conculcare. Et hec de regimine sufficiant conualescentium.

Capitulum quintum de consuetudine.

Mutare
consuetudi-
nem subito
pessimum
est. hec
Aviceenna.



Consuetudo est fortis resvalde: et transgressio a consuetudine nocet nocumento magno: consuetudo enim obrinet vim nature: sicut igitur naturam custodire oportet sic et consuetudinem: et specialiter si consuetudo sit laudabilis indifferens in bonitate et malicia respectu eius ad quod debet fieri per mutationem unde si aliquis fuerit consuetus multum laborare: et velit hanc consuetudinem dimittere et in ocio vivere vel minus laborare vel aliam speciem assumere laboris: et aliud tempus vel alium modum proculdubio multum gravabitur ex hoc et similiter intelligatur in cibis et potibus et sono et vigiliis: et in evacuationibus et anime accideri debet. In omnibus multum observanda est consuetudo si sit laudabilis vel par laudabilis vel indifferens respectu huius ad quod fieri debet per mutationem. Si autem consuetudo sit illaudabilis ex qua debeatur pervenire ad pessimas egritudines: sicut consuetudo comedendi malos cibos et siluestres qui in fine perducant ex necessitate ad pessimas egritudines. Et similiter coitus immoderatus et similes egritudines. Taliter inquit consuetudines corrigere oportet et permutare vel totaliter vel saltem infra terminos latitudinis earum sed hoc debet fieri paulatim et secundum ordinem quedam: nam omnis subita mutatio nocet et specialiter a consuetudine ad inconsuetam. Amplius debet sibi quis cavere ne unius rei quantumcumque sit bona consuetudinem faciat quam ipsum observare sit necessarium ex cuius observatione constructionem vel attritionem patitur: verbigratia si quis uno cibo consuevit semper utatur: vel aliquo potu vel totaliter ab eis absterneat vel dormire vel moveri vel coire assuescat: et ad hoc graviter astringat maximum incurret nocumentum si interdum ab eisdem oporteat abstinere. Si igitur quodlibet corpus se disponere debet ut calorem et frigus patiens esse possit et ad motiones et ad nutrienda sibi necessaria aptum reddat: et ut somni et vigiliis horas mansiones et domos lectos et indumenta lesione permutare possit quod quidem poterit fieri si consuetudo non observet ad vnguentum: sed interdum ad inconsuetam transmutetur: oportet enim ad inconsuetam permutare.

Quinta pars. Capitulum primum. De fleubothomia



Quoniam fleubothomia et farmacia: veno-
tosa: sanguisuge: canterium: vel sectiones: interdus
sunt intrates in sanitatis regimine: et vt ad hoc op^o
nihil contineat diminutum determinandum est de
his quantum spectat ad propositum: non enim ope-
ris presentis est determinare de his prout faciunt ad
curam egritudinis. Primo igitur determinabim⁹ de
fleubothomia et de considerationibus circa ipsam

in sanitatis regimine. Prima igitur consideratio est q^d corpus simpliciter
sanum seu eucratum nullomodo indiget fleubothomia: vnde in corpori-
bus sic eucratis natura non facit aliquam euacuationem sanguinis: et
hoc est signum q^d tali corpori sanguinis euacuatio non est necessaria sed
corporibus quibusdam lapsis vel a generatione vel a tempore vel abviro
modo fleubothomia est utilis q^d plurimum (et notater dico q^dbusdam:
sunt enim quidam quibus fleubothomia non solu non competit immo
etiam valde nocet) quapropter videmus q^d in quibusdam corporibus la-
pso natura sine artis adiutorio facit sanguinis euacuationem vl^o per na-
res vel per emorroydas vel per os vel per secessum vel per vrinam rema-
nentibus eisdem sub laritudine sanitatis: et quia imitatur ars naturam
inquantum potest: nihil mirum si adinuenerit ars modum euacuandi san-
guinem in adiutorium nature: Modus autem ad hoc conuenientior est
per fleubothomiam vel per ventosas vel sanguisugas. Non enim est me-
dicina laxatiua que sanguinem euacuet: vel si sit no est in vsu nec esse de-
bet: quoniam est venenosa et corporis peremptiua: est em omnino inar-
tificiale sanguinem euacuare cum farmacia. Unde adiudicatus fuit mor-
ti qui talem medicinam per experientiaz adinuenerit: quia vtebatur ea ad
malum et multos perimebat cum ea. Modus autem euacuandi per fleu-
borthomiam est multuz rationabilis: nam per eam euacuatur sanguis a
toto corpore: et similiter omnes humores et specialiter a partib⁹ interio-
ribus et sistere possumus cum volumus. Unde in fleubothomia non est
tantum periculum sicut in medicina laxatiua: sic igitur patet q^d corpora
lapsa a generatione vel a tempore aut vtroq³ modo indigent ea. Secun-
da consideratio est ad sciendum q^d sunt illa corpora lapsa que maxime in-
digent fleuborthomia ex parte lapsus naturalis et ex parte lapsus accide-
ntalis: dicam igit q^d corpora complexionis sanguinee magis indigent fleu-
borthomia q^drum ex parte complexionis: et melancolica minime: sed fleu-
matica et colerica mediocriter. Sed colerica plus q^d fleumatica. Et ex par-
te compositionis ceteris parib⁹ habentes venas latas et habitudine car-
nosam et colorem inter rubeu et nigrum pilos multos et musculos bonos
et fortes plus alijs indigent fleuborthomia. Non igit solu consideranda
est complexio sed compositio. Amplius consideranda sunt virtus et etas
et consuetudo obtinet vim nature. Nam ceteris parib⁹ corpora lapsa in
naturalis complexionis que sunt fortioris virtutis et perfectioris etatis et
magis consueuerunt magis debent fleuborthomari. Virtus enim debilis
non sustinet fleuborthomiam: nec etas infantilis nec senilis. Consuetu-
do etiam multu est obseruanda: non solu in hoc: sed etiaz in alijs: et sicut
dictum est de lapsibus naturalib⁹ sic suo modo dicenduz est de accidenta-

Prima cō-
sideratio

Nulla est
medicina
q^d euacuet
sanguine.

Scda con-
sideratio

Quarta

Gallici ve
niunt fleu
borthomiā
di sepius.

Uter est ap
tū ad fleu
borthomiā

Autūnus
similiter
est tps ap
tū ad fleu
borthomiā

libus. Unde sanguineus per accidens est maxime fleuborhomandus me
lancolicus aut minime. Colericus et fleumarius minime. Similiter car
nosus et musculosus accidentaliter maxime et extenuatus minime. Et si
militer vtentes regimine multiplicante sanguinem sicut viuētes in ocio
et gaudio: et comedentes multas carnes et assaturas: et dulcia et bibētes
bona vina: et non vtentes balneis nec coitu nec multū exercitantes: ta
les inq̃ plus alijs fleuborhomandi sunt. Et per oppositū ieiunantes et
comedentes cibaria melancolica et multū balneantes: et coeūtes: et exer
citanes: et habitantes regiones calidas in q̃bus plurima fit resolutio a
corporib⁹: minime indigent fleuborhomia. Et ex hoc concludit q̃ in parti
bus francie homines plus debent fleuborhomari q̃ in partibus ytalie:
quia minor multo fit a corporib⁹ resolutio in partib⁹ gallicanis: quia res
olutio est magis frigida. Et similiter in alijs intelligit regionib⁹ frigidis re
spectu calidarū viuunt etiam magis deliciose et inordinate q̃ sunt cause
necessitatis fleuborhomie. Unde ceteris parib⁹ viuētes magis delicio
se et inordinate indigent plus et sepe fleuborhomia. Amplius multū con
siderandum est vt qui debet fleuborhomari non sit ebr⁹: nec crapulatus
sen nauseatiue satiat⁹: nec in stomacho plen⁹ cibo: et q̃ in ei⁹ stomacho
non sit colera. Unde si quis habeat stomachū multum infectū colera an
te fleuborhomiam vomat coleram: et deinde comedit aliqd acetosum stip
ticum stomachi confortarium et post fleuborhometur. Ampli⁹ habens
humores crudos et viscosos et indigestos cū sanguine mixtos nō debent
fleuborhomari anteq̃ sanguis subtiliet sicut pri⁹ dixi. Amplius post bal
neum vel coitum vel forte exercitium nullomodo est fleuborhomandus.
Ampli⁹ post longam egritudinem cauendū est a fleuborhomia anteq̃ cor
pus fuerit fortificatū nisi specialis necessitas ad hoc cogat: et de hoc supe
rius dictum est in regimine conualescentiū. Amplius homines qui puer
santur in artibus multū laboriosis et corporū resolutiuis min⁹ alijs fleu
borhomari debent ceteris parib⁹. Unde seruientes in balneis et stuphis
minus sunt fleuborhomandi q̃ scriptores et pannoz scissores. Amplius
multū vigilātes ceteris pib⁹ min⁹ sūt fleuborhomādi. Ampli⁹ hñres sto
machū cor et epar debilia q̃b⁹ egritudines frigide accidere solēt nō sūt fleu
borhomādi nisi necessitas vigeat valde magna. Ampli⁹ in tpe calidissimo
vel frigidissimo nullomō est fiēda fleuborhomia nisi vigente magna ne
cessitate. Uter autē est tps valde aptū ad fleuborhomia ppter ei⁹ tēperiez:
et q̃ assimilaf morbo de repletiōe: nā tales infirmitates hoc tpe maxime
accidere solent: et nihil est qd adeo tñef a talib⁹ egritudinib⁹ sicut fleubo
rhomia: fiat autē in pncipio veris cū dubitam⁹ de egritudinib⁹ ptingētib⁹
ex sanguinis putrefactione. Sed in fine veris quando non est tanta san
guinis multitudo: sed dubitam⁹ de humorū acuitate vel calefactione et
ebullitione ratione caliditatis. Autūnus autem ratione sui temperamē
ti est tempus aptū ad fleuborhomiam: et precipue quando dubitam⁹ de
sanguinis incineratione. Amplius multum considerata est aeris dispo
sitio in fleuborhomia: vnde aere existente pestilentiali vel nebuloso vel
turbido: et flante vento australi: vel quacūq̃ mala qualitate infecto nō
est aperienda vena ne aer infectus subintrans venaz sanguinem reddat
pestilentialem et infectum et sit error peior priore. Eligatur aer purus et
dies clara et luminosa: et ventus magis depurans aerem cuiusmodi est

boreas et non sit ventus fortis. In hyeme tamen est australis ventus eligendus ad aeris temperiem. Amplius eligatur hora diei magis temperata. In temporibus igitur calidis fleubothomia fienda est ante horam tertiam: et in frigidis circa meridiem. Amplius dicunt quidam quod si sanguis sit colericus fleubothomia fienda est in hora motus colore: puta a tertia hora diei usque ad nonam. Et si sanguis sit purus debet fieri fleubothomia a quarta noctis usque ad tertiam diei. Et si sanguis sit fleumaticus debet fleubothomia fieri a nona hora diei usque ad tertiam noctis. Et si melancolia a tertia noctis usque ad nonam noctis hoc tamen non approbo: quia fleubothomia semper fienda est in lumine diei nisi in casu magne necessitatis. Amplius in fleubothomia consideranda est etas lune et locus eius: similiter autem et coniunctio et aspectus. Nam in prima quadra lune fleubothomandi sunt iuenculi et iuencule. In quarta etiam etate lune videmus puellas maxime pati fluxum menstruorum: sed in ultima quadra sunt fleubothomandi seniores et in temporibus medijs mediocres: iuxta illud. Luna vetus vetere: iuvenes nona luna requirit. Amplius dicunt quidam quod in prima quadra lune fleubothomandi sunt calide et humide complexionis: puta sanguinei. In secunda colerici: in tertia fleumatici: et in quarta melancolici. Nam prima quadra est calida et humida: secunda calida et sicca: tertia frigida et humida: et quarta frigida et sicca: et similiter possemus dicere quod si vellemus euacuare sanguinem purum fiat in prima quadra. Si colericum in secunda: si fleumaticum in tertia: si melancolicum in quarta. Amplius considerandus est locus lune. Nam si luna sit in signo aspectum habente ad aliquod membrum non fiet fleubothomia de illo membro. Verbigratia luna existente in signo geminorum non fiet fleubothomia de brachijs: quia hoc signum habet aspectum ad brachia. Et similiter existente in tauro non fiet fleubothomia de vena colli: nec existente in piscibus fiet fleubothomia de venis pedum: et existente in ariete non fiet de venis capitis. Et luna existente in aquario non fiet fleubothomia de venis que sunt in tibijs. Amplius luna existente in signo fixo non est fienda fleubothomia nisi necessitas imminet: puta luna existente in tauro: leone: scorpione: et aquario. Eligantur ergo signa mediocria: et mobilia: et si sint signa calida et humida melius valent. Unde omnibus consideratis: luna existente in prima facie libre debet esse bona fleubothomia ceteris paribus: tum quia est signum mobile: tum quia est signum calidum et humidum. Et notanter dico in prima facie libre: quia transacta prima facie libre ingreditur viam combustam: que durat usque ad finem secunde faciei scorpionis vel circa. Aries etiam est signum conueniens ad fleubothomiam de brachijs quia signum mobile et calidum. Gemini est signum conueniens ad fleubothomiam de brachijs quia signum calidum et humidum. Sagittarius etiam est conueniens signum ad fleubothomiam quia est calidum et humidum. Amplius luna existente retrograda non debet fieri fleubothomia. Similiter luna existente coniuncta signo maligno et infortuito puta saturno vel marti non est fienda fleubothomia siue sit coniunctio corporalis siue per aspectum. Dicunt quidem quod luna existente usque ad secundam vel tertiam diem: non est fienda fleubothomia nec in decima septima die: nec in vigesimo quod dictum non teneo quia eius non video rationem.

De luna

Quarta

De diebus autem egyptijs in antiquo kalēdario lune scriptis breuiter me
expedio: et dico naturalis quare fuerint maledicti: sed supernaturalis:
nec fuerunt maledicti apud omnes gentes sed apud illos de regno pha
raonis. Et si forsitan tempore illo fuisset aliqua mala constellatio: tamen
per temporis processum iam fuit ista constellatio mutata: vnde nō est ali
qua ratio quare tales dies sunt obseruandi immo puto q̄ est peccatus in
moribus: in lege: et in natura. Sed quia opinio vulgi est ad hoc fiendum
in honorem dei: et etiam homines fleubor̄thomari contra eorum opinio
nem posset eos ledere et medicis infamiam ponere stante tali vulgi opi
nione ego obseruabo in vulgo nisi magna necessitas imminet: sed in me
et meis nullatenus obseruauim: nec obseruabo. Amplius cadit considera
tio circa iuuamenta q̄ plurima in sanitate conseruanda et in egritudine
curanda. Ex negligentia q̄dem ipsius cui ipsa quis indiguerit accidēt ape
stemata intus et extra magna et parua: et scabies: serpigio: synochus: pa
ralisis: variole: morbilli: et sputum sanguinis: et pestilentia: et mors su
bita: et squinancia et lepra: et vniuersaliter ex negligentia fleubor̄thomie
omnes egritudines sanguinee vel de sanguinis corruptione vel de ipsius
multitudine vel incensione contingere possunt. In corporibus ergo para
tis ad tales egritudines nō negligatur fleubor̄thomia. Fleubor̄thomie autē
sunt plura nocumenta quando fit indebire. Ex frequenti enim minutio
ne accidit malignitas opilationis ydropisis et festinatio senectutis: et
destructio appetitus: stomachi cordis et epatis debilitas: tremorq; et pa
ralisis: demūq; apoplexia: et postremo omnium virtutum naturalium et
animalium debilitas et imbecillitas per fleubor̄thomie frequentiam: in
quibus et quando et quotiens non oportet solet sepius euenire. Am
plius circa fleubor̄thomiam: et propter quas causas generaliter fiat fleu
bor̄thomia: sciendum q̄ fleubor̄thomia fit quinq; de causis in generali.
Nam fit ad euacuandum humorum omnium vel sanguinis multitudinē
Interdum fit ad minuendum partem humorum vt natura potentior fit
super residuum. Interdum etiam fit ad infrigidandum. Interdum fit ad
attrahendum sanguinem ad aliquem locum. Et interdum fit ad diuertē
dum sanguinem ab aliquo loco. Dico ergo primo q̄ fleubor̄thomia fit ad
euacuandum omnium humorum multitudinem vel solius sanguinis: et
propter hoc dicitur a sapientibus q̄ est euacuatio vniuersalis euacuans
humorum multitudinem: quando igitur nobis apparuerint signa reple
tionis venarum magnarum quam impossibile est laxatino purgari fiat
tunc magna fleubor̄thomia: si reliqua particularia concurrant superius
nominata: et fiat fleubor̄thomia de venis magnis respicientibus totum
corpus. vel respicientibus partes corporis in quibus magis signa reple
tionis apparent: et ad hanc intentionem fit fleubor̄thomia in paratis ca
dere in synocham vel synochum: vel in similes egritudines repletionis:
Quis in omni fleubor̄thomia fiat euacuatio tamē hec euacuatio maxime
dicitur ad euacuandum: quia in hoc casu maior fit euacuatio et de maio
ribus venis: et quasi intenditur totius superfluitatis materie eradica
tio. Amplius fit fleubor̄thomia interdum ad minuendum partem humo
ris peccantis vt natura fit potentior in digerendo residuum et sic ista in
tentione potest fieri fleubor̄thomia propter dominium sanguinis colerici
vel fleumatici aut melācolici: et talis fleubor̄thomia debet esse multo mi

Alia confi
deratio

Nocumen
ta fleubo
r̄thomie

fleubor̄tho
mia ē eua
cuatio vni
uersalis.

minor. Et debet esse ex venis habentibus aspectum ad partem in qua no-
bis constiterit magis esse talem repletionem. De his autem venis et earum
aspectibus adhuc dicitur. Amplius interdum fit fleuborhomia ad infri-
pidandum et euentandum et debet esse fleuborhomia parua: et isto modo
fleuborhomia potest fieri non existente peccato quantitatis sed soli qua-
ritatis. Amplius fit interdum fleuborhomia vt attrahatur sanguis ad ali-
quem locum (vt verbigratia) fit fleuborhomia de sophenis pedum vt at- De diuersi
trahatur sanguis ad matricem. Amplius aliquando fit fleuborhomia ad one.
diuertendum (verbigratia) esto qd aliquis pariatur fluxum sanguinis narium
vel sputum sanguinis fleuborhomia fit de venis inferioribus: puta de so-
phenis et basilica seu sciatica ad hoc vt sanguis diuertatur ad contraria.
Et circa hoc diligenter est notandum qd quanto locus a quo fit fleuborho-
mia fuerit longinuior et directior loco a quo fit diuersio: tanto est diuersio
perfectior et artificialior. Unde in patientibus fluxum sanguinis narium
perfectior est diuersio per fleuborhomiam sophenarum vel sciaticae qd per
illam aliquam venam superiorem: tamen bonum est et artificiale qd hec di-
uersio incipiat a superioribus venis et finaliter terminetur per inferiores venas.
Amplius circa fleuborhomiam considerande sunt vene que in nostro cor-
pore fleuborhomari consueverunt. Nolo autem in hoc opere facere men-
tionem de omnibus his que possunt in nostro corpore fleuborhomari.
Sed de communioribus et de his de quibus fleuborhomando seu fleubor-
homari faciendo sepius assueui. Sciendum igitur qd venarum harum que
tam sunt particulares et alie vniuersales et communes: dicuntur autem
communes et vniuersales eo qd euacuant a toto corpore: et a locis principa-
libus totius corporis immediatus et a venis maioribus et per oppositum
pene dicuntur particulares que immediate euacuant a venis minoribus et
non aspiciunt membra principalia immediate. Nec euacuatur sic a toto cor-
pore cum fleuborhomantur sicut maiores. Vene autem communiores et
vniuersaliores sunt tres vene que reperuntur in curuatura brachij qua-
rum venarum superior vocatur cephalica: idest vena capitis: alia inferior
basilica: idest epatis vena in brachio dextro vel splenis vena in sinistro:
tertia est vena mediana que reperitur in medio predictarum et ideo medi-
ana vocatur: et aliter dicitur vena cordis et aliter vena communis. Iste
tres vene sunt alijs communiores: tum quia grossiores et maiores: tum
quia membris principalibus interioribus propinquiores et directiores: tum
quia cum venis totius magis colligate et manifestius apparent: et ideo cum
fit fleuborhomia propter euacuationem a toto corpore rationabile est qd
iat ab altera istarum venarum: verum tamen est qd cephalica magis aspiciat in-
feriores partes. Et basilica inferiores et mediana medias partes: mediana
indifferenter partes superiores et inferiores aspiciat. Est enim composita
ex cephalica et basilica et quilibet illarum venarum habet ramos qui fleu-
borhomari possunt in defectu illarum venarum scilicet quando non ap-
parent. Item coitus inordinatus et vehemens maxime est cauendus pro-
pter fetum debite producendum ne semen peruersum recipiatur in matri-
ce vt non generet fleuborhomiam. Unde regula est generalis in fleuborho-
mia obseruanda qd ceteris paribus vena grossior et apparentior est fleubo-
rhomanda. Et est circa illas venas notandum qd in fleuborhomia cephali-
ce minus imminet periculum: nam sub ea non est nervus nec arteria no-
n in

Regula ge-
neralis

tabilis ex quorum tactu per fleuborhomiā possit periculum imminere sed sub basilica est arteria magna de cuius apertura dubitandum est : et huius vene apertura non debet esse profunda : et sub vena cordis est nervus de cuius punctura etiam multum est dubitandum cum fleuborhominatur : quia nervi punctura nata est inducere spasmum. Et quanto hee vene : puta cordis et epatis sunt minores et profundiores tanto maius est periculum. Iste autem tres vene et earum rami reperiuntur in brachio dextro et in brachio sinistro : et interdum sunt aperiende in parte dextra et aliquando in sinistra. Et circa hoc cadunt considerationes plurime. Prima igitur consideratio est quod in tempore frigidior scilicet in hyeme : vel iuxta debet fieri fleuborhomia de parte sinistra et tempore opposito de dextra : et vniuersaliter si ex regimine vel ex complexionē naturali : vel ex etate nos percipiamus sanguinem esse grossum et melancolicum fleuborhominandum est ex sinistra. Et si perceiverimus sanguinem fore subtilē et colericum et calidum fleuborhominandum est de dextra. Amplius si velimus attrahere a dextra fleuborhomia fiat a sinistra : et e contra verbigratia. Si dubitamus de apostemate in parte dextra extrahemus de sinistra et econverso. Si autem materia iam sit fluxa : vel per viam congestionis in loco congregata seu generata fiat fleuborhomia ex illa parte in qua magis apparebunt signa repletionis. Et est notandum circa diuersionem quod diuersio nunquam est faciēda nisi per vnam dyametrum : puta a dextro ad sinistrum : vel deorsum : vel ad sursum : vel econverso : secundum enim duas dyametros simul non est faciēda fleuborhomia diuersoria nisi in casu vbi esset magna plenitudo. Amplius circa venarum istarum apertionem sciendum quod maior consideratio adhibenda est in mediana quam in alijs : ex eo quod huius vene fleuborhomia plus debilitat cor. Unde in habentibus cor debile et in paratis ad cordis tremorem et sincopim non fleuborhominatur vena illa. Sed si necessitas occurrat accipiat : vena basilica vel cephalica. Et similiter si perceiverimus epatis vel splenis vel stomachi frigiditatem multum est dubitandum fleuborhominare basilicam : et si necessitas occurrat fleuborhominandi loco eius accipiat mediana et sic intelligatur de cephalica. Ego autem in istarum venarum apertione habeo regulam quod vena harum trium grossior et apparentior et plenior securius est aperienda. Nam ex hoc conuincitur probabiliter membra super que vena habet aspectum fore calidiora et fortiora et sanguine pleniora. Notandum est quod fleuborhomia de vena capitis que valet ad infirmitates et ad dolores capitis et oculorum : et si non exeat sanguis in prima percussione secure potest iterari percussio quia non est dubitandum de tactu arterie vel nervi sicut superius dictum est. Fleuborhomia vene mediane : que aliter vena corporis vel cordis nominatur : valet ad infirmitates calidas totius corporis : et specialiter partium cordis et pulmonis. Et debet fleuborhomia fieri cum cautela : quia sub ea est nervus. Non igitur fiat vulnus nimis profundum : vena basilica multum valet ad infirmitates epatis stomachi et splenis et debet fleuborhominari cum cautela : quia sub ea est arteria : in defectu vene cephalice brachij potest capi cephalica que est in manu scilicet in radice pollicis : et

Exemplū de
diuersione

De vena ca
pitis.

valet in casibus in quibus fleuborhomia cephalice. Et quidam dicunt qd
valet in illis casibus in quibus fleuborhomia vene cordis et stomachi va
et: similiter loco basilice brachij accipiat saluatella que est in manu in
er auricularem et medicum et valet in eisdem casibus: sed aperienda est
um timore: quia sub ea est neruus: et cum sit fleuborhomia de venis que
unt in manu ponatur manus in aqua calida vt apertura vene remanet
magis perfectavt sanguis liberius et facilius exeat et manus fleuborhomia
a minus ledatur continente. Hec igitur sufficiant de venis que sunt in
brachijs et manibus que sunt in usu: de alijs venis que sunt in collo et in
capite: quia non consueverunt aperiiri in regimine sanitatis breuiter tran
eo. In collo enim sunt due vene quarum vna est in parte dextra et alia
in parte sinistra et in hominibus cantantibus et anhelitum retinentibus
mirabiliter ingrossantur et vocantur guidegi. Harum autem venarum
fleuborhomia valet ad constrictionem anhelitus et inceptionem lepre et
imperiginem et serpiginem et egritudinem que comedit carnes que alio
somine dicitur noli me tangere: vel cancer corrosiuus. Debet autem strin
gi collum vt vene ingrossentur et sedeat infirmus qui debet fleuborhoma
ri super scamnum et fleuborhomato: super caput eius et incidat venam in
longitudine parum: postea sequatur ligamentum: et parum stringat ne
suffocetur fleuborhomatus et dimittat eum vsq; mane sanatur eius vul
nus. Amplius due vene sunt post aures quarum fleuborhomia valet
ad emigraneam et catharrum antiquum et tineam et capitis exitu
ram. Hec autem vene sunt in loco concauo post aures et bene apparent
um stringuntur guttur et gula: et sunt in loco vbi appposito digito senti
tur pulsus. Apperiantur ergo parum in longitudine et fac exire sangui
nem quantum vis. Amplius in temporibus sunt due vene quarum fleu
borhomia valet ad capitis dolorem antiquum et apostema palpebrarum
et oculorum et ad omnes superfluitates que currunt ad oculos et debet
sanguis emitti vt superius dictum est. Amplius est vena in medio fron
tis inter duo supercilia et eius fleuborhomia valet contra infirmitates
antiquas faciei et turpia vlcera et ad dolorem partis posterioris capitis.
Amplius est vena in puncto nasi cuius fleuborhomia valet ad frenesim
febres acutas et capitis dolorem antiquum et antiquam rubedinem fa
ciei. Amplius sunt vene in lachrymalibus oculorum quarum minutio
valet ad egritudines oculorum: scilicet ad scabiem et rubedinem et ad a
postemata oculorum nec debet huiusmodi fleuborhomia fieri ex lachryma
li versus nasum propter dubium ex fistula. Amplius sunt vene in labio
inferiori quarum fleuborhomia valet ad rupturam: et corrosiorem oris et
gingine et ad fissuras labiorum et ad vlcera mala que sunt in naso. Ampli
as sub lingua sunt vene quarum fleuborhomia valet ad apostemata gule et
ad infirmitates gule et oris specialiter ad squisnantias. Amplius in quo
libet pede sunt tres vene que fleuborhomantur communiter: scilicet scia
tica et sophene et quedam vena q est inter pollicem pedis et digitum qui
sequitur. Fleuborhomia sciaticae valet ad passionem scie et renum. Et
fleuborhomia sophene valet in passionibus matricis et testiculorum et
antiquam scabiem et fleuma falsum corarum et tybiarum. Ad idem
valet fleuborhomia illius vene que est iuxta pollicem pedum. Et est

Vene colli

Vene post
aures

Vene sub
lingua.

Quarta

diligenter notandum q̄ hec fleuborhomia plus debilitat q̄ fleuborhomia venarum magnarum et superiorum. Et ideo communiter fleuborhomia earum post prandium: quia tunc temporis virtus est fortior. Amplius post prandium humores sunt magis mori ad extrema corporis et ad venas minores que sunt in membris. Ratio autem quare magis debilitat forte est maior diuersio caloris et spiritus a corde. De venis autem maioribus et communioribus que sunt in brachijs fieri debet fleuborhomia stomacho ieiuno: ex eo q̄ tunc sanguis magis dñatur in eis et post cibum plus mouetur sanguis ad venas minores et ad membra. Amplius in fleuborhomia consideranda sunt que sunt fienda ante fleuborhomialam: et que fienda sunt in actu fleuborhomiale: et que post fleuborhomialam. Ante fleuborhomialam namq̄ bonum est aliquantulum exercitari et moueri et enigilari vt sanguis sit mobilior: et ad euacuationem abiliior. Amplius membrum fleuborhomialandum est calefaciendum et fricandum vel cum aqua calida irrorandum et lauandum vt vena fiat aptior et sanguis fluxibilior fiat ad locum fleuborhomialie. Eligendus est autem fleuborhomialator iuuenis expertus boni visus non tremulus: non ebriosus: non crapulosus: de cuius bonitate et fidelitate habetur confidentia certa: et si forte fleuborhomialandus esset pusillanimus vel valde debilis et ad cuius stomachum colera fluere consuevit: ante fleuborhomialam comedere debet bucellam panis intinctam in vino stiprico vel odorifero vel in succo granatorum quod horum magis videris expedire. Amplius sciendum q̄ quidam sunt qui per aliquos dies ante fleuborhomialam balneandi sunt et isti sunt quorum sanguis est valde grossus et immobilis et vene occulte. Nam per balneum sanguis subtiliatur et mobilior efficitur et vene etiam ingrossantur. Etiam per balneum superfluitates propinque euacuantur et resoluuntur: et sic cum sit fleuborhomia de venis magnis non attrahentur ille immundicie a venis paruis ad venas magnas: et balneum non premittatur immundicie que sunt iuxta cutem attrahentur ad magnas venas: verbigratia. Si immundicie essent in riuulis paruis si fieret euacuatio a fonte magno: immundicie riuulorum possent redire in fontem. Nam fleuborhomia per quandam colligantiam que est in venis euacuat ab omnibus venis. In tali igitur casu premittendum est balneum: sed si corpus esset valde plectoricum nullo modo premittatur balneum. Nam magnum periculum esset q̄ balneum ebullitionem in humoribus et febrem continuam vel apostema in membris principalibus et similes morbos qui consueuerunt ex humorum ebullitione causari. Amplius ante fleuborhomialam emittende sunt feces et vrine ne illarum superfluitatum vapores attrahantur ad venas et inficiant sanguinem: nam vene exinanite per fleuborhomialam attrahunt a stomacho et intestinis mediantibus mesaraicis et alijs venis epatis. Amplius in vere et in estate in sanis fiat fleuborhomia de dextra parte: et in autumno et hyeme de sinistra parte. Sed in egris corpore existente plectorico ante fluxum materie fiat primo de parte opposita: deinde de eadem ubi est egritudo. Et si corpus non sit plectoricum et egritudo sit multum maligna fiat fleuborhomia de eadem: sed quocumq̄ modo res se habeat materia existens te venenosa nunquam est diuertenda ad partem oppositam. Amplius in actu fleuborhomialie multa consideranda occurrunt. Prima quidem consideratio est circa vene appertionem: non enim aperienda est

Eligendus
est floator:
fidelis et
iuuenis

Multa cō
sideranda
sunt i fleu
borhomia

vena cum fleuborhomo obtuso hoc enim est causa erroris et non sequitur finis intentus quia non fit apertio vene qua libere sanguis creat et potest esse causa apostemationis loci. Amplius fleuborhomator non debet fleuborhomum manu premendo impellere: sed suauiter blandiendo et furtiue vt fleuborhomi extremitas ad interiora vene perueniat: qz si duriter impellat fleuborhomu forte caput fleuborhomi rumpetur in vena occulta ruptura aut refugiet vena et non vulnerabitur vsqz ad interiora: sed solum in superficie tunice. Et si fleuborhomator post capitis fleuborhomi rupturam perfidio se infisterit vt fleuborhomandum cum eo fleuborhomet augmentabit dolorem et apostema. Et ergo fleuborhomator temptare debet et experiri qualiter fleuborhomus ingreditur cutem ateqz fleuborhomet: et similiter temptare debet cum secundare vult secundam percussio nem si fuerit opus secunda percussione vel ad dilationem foraminis: vel ad illationem noue aperture si defectus fuerit in ictu primo. Amplius fleuborhomator cauere debet ne venam impleat et sanguine inflat qz fleuborhomare querit quia no inflata nec impleta melius tagit a fleuborhomo nec remouetur ab ipso. Et istud verum est de impletione et inflatione immoderata: quia moderata iuuat ad impulsu fleuborhomi. Amplius cum vena occulta fuerit et ipsius repletio sub ligatura non apparuerit debet solui et postea pluries ligari et inungi oleo calido dilatatio vt camo millino et yngendo cum manu comprimi ascendendo et descendendo donec manifestetur. Amplius caput fleuborhomi debet impelli secundum certaz mensura non nimis profunde ne perforet venam ex vtraqz parte et neruū vel arteriam aliquam vene suppositā perforet. Et debet fleuborhomus plus impelli quando vena est multū gracilis et profunda et veluti sepulta in carne. Amplius fleuborhomator debet apprehendere fleuborhomu cuz duobz digitis videlicet pollice et medio et dimittatur index ad palpan dum venam. Et debet apprehendere fleuborhomum in medio ferri vel cir ca medium vt firmitus teneat et non vacillet. Amplius cum vena fleuborhomada prona fuerit labi ad alterz latez ei et euadere ictū fleuborhomi opponi debet ei ligatura econtrario parti illius. Et si equaliter prona fue rit labi ad vtrūqz latus non debet in longū fleuborhomari: sed secundum transuersum. Amplius ligatura debet esse propinqua loco in quo debet aperiri vena. Et cū ligatura venā occultauerit q prius ante ligaturā appa rebat ligatura soluta signāda ē vena et cū debz apperiri vena taliter signa ta debet caneri ne vena per ligaturā labatur a rectitudine signi. Amplius cadit consideratio circa secundationem fleuborhomie fiat autem secundatio eadem die ante qz vulnus sit perfecte clausum. Hec aut secundatio fleubo rhomie fit quando est magna necessitas extrahendi sanguinē et forte propter debilitatem virtutis vel propter ignorantiam medici: vel quia cetera particularia non concurrunt vel non fuit extractum de sanguine quantū fuisset expediens et tunc eadem die apperiat non cum yngue sed cū fleuborhomo nā si alif aperiretur vena forsan eriret sanguis bon⁹ et subtilis et remaneret malus. Item ista secundatio habet locum in apostematib⁹ quā do videmus sanguinem in secunda scutella peiorem sanguine prime scutel le: et similiter intelligatur de tertia scutella respectu secunde. Considera ta men constantia virtutis quia virtute debili existente nō est secundāda fleuborhomia. Si voluerit fleuborhomiam secundare bonum est inungere

De vena
occulta

Mod⁹ ac
cipiendi
fleuborho
miam.

De ligatu
ra.

Quā nō ex
it sanguis

Probatio
sanguinis

Nō est do-
miēdū im-
mediate
p^o floiam

fleuborhomia vt vulnus nō ita cito consolidetur. Amplius circa fleubor-
miam actualem considerandum est q̄ interdum contingit q̄ vena aperta
sanguis non exit z hoc potest contingere multis de causis. Quarum pri-
ma est multitudo sanguinis quare conculcatur z ingurgitur z foramen
opilat z non exit: vel exit guttatim vel vulnere existente largo cito exit et
filo cum vulnus percutitur in circuitu cum vngue z in tali casu bonū est
transire z screare z fleuborhomatuz super spatulas percutere. Secūda
causa est grossicies sanguinis z tunc nullo adiutorio bene potest exire: e-
fic oportet sanguinem subtiliare cum medicinis z cibis subtiliativis no-
tis. Tertia causa est paucitas sanguinis z hec scitur: quia macer z ex-
nuatus z tales indigent diēra resumptiva z nutriente. Quarta causa est
timor: z pusillanimitas: aut quia non consuevit z tunc competit mica pa-
nis in vino et aspersio cum aqua rosata z vino odorifero z verba conso-
latoria. Amplius potest hoc contingere ex foraminis paruitate: z tunc
elargandum est foramen: quia aliter sanguis subtilis exiret z grossius re-
maneret. Amplius egrediente sanguine tangendus est sanguis qui
frigidus inueniatur statim est restringendus sanguis. Et similiter si in-
ueniatur calidus z subtilis valde nam in vtroq; casu dubitandum est de
sincopi. Si autem sanguis fuerit calidus z mediocris substantie: vel gro-
sius z vna rubea z spissa z pulsus plenus extrahendus est sanguis in co-
pia si particularia concurrunt. Amplius ponatur vna gutta sanguinis
cum egreditur supra vnguem si igitur fluat z nullo modo consistat talis
sanguis est multum aquosus z est restringendus: z si nullo modo fluat tūc
est nimis grossus z parum est extrahendus donec fuerit subtiliatus. Si
autem mediocriter se habeat bonitas z mediocritas significatur z secur-
us potest ex eo subtrahi si cetera particularia concurrant. Et similiter po-
tēciatur vna gutta in aquam z si descendat nimia grossicies sanguinis si-
gnificatur: z si totaliter supernatet z diffundatur est nimis aquosus: et
in medio modo se habeat bonus est. Amplius cum sanguis exit actu au-
na bonum est q̄ digitus supponatur vulnere quando parum exit de san-
guine. Hec enim digiti suppositio deseruit ad duo. Primo quidem ad ho-
ut virtus reuertatur in se z non dispergatur nec debilitetur propter sub-
tam euacuationem. Secūdo quidem digiti suppositione detinetur san-
guis ad tempus aliquod quousq; malus distans a loco fleuborhomie po-
set moueri. Quando igitur in corpore est apostema z fleuborhomia fi-
ad diuertendum: maxime competit huius digiti suppositio. Ampli-
us considerata sunt que fiunt post fleuborhomiam. Sciendum igitur
tur q̄ post fleuborhomiam immediate non est dormiendum: nec ambu-
landum: nec cum hominibus colloquendū nec in loco luminoso moran-
dum: sed statim facta fleuborhomia z loco fleuborhomato decenter liga-
to: si fleuborhomia fuerit de brachio teneatur brachiū fleuborhomati
elevatorum z alicui parieti appodiatum per aliquod tempus. Hoc aute-
fit ne sanguis decurrat ad locum fleuborhomatuz: quia forte locus apo-
stemaretur. Et tunc satis cito ponat se ad quiescendum super lectum in
loco obscuro: nec aliquo modo iaceat super latus unde facta fuit flebo-
rhomia: z teneat oculos clausos: z solus maneat vsq; ad tempus aliquod
ne spiritus dispergantur. Et interdum paretur bucella panis tosti in vi-

no bono: et satis cito eam comedat. Et si stomachus sit mundus possunt exhiberi duo oua recentia sorbilia: et deinde comedat cibum suum ordinarium. Et in illa die sit cibus eius subtilis et bonus: et paucus. Et potus sit bonus vinum cum pauca aqua: et securius in die fleubothomie excedere potest in potu boni vini quam in cibo. In die fleubothomie nullo modo exercitetur: sed maneat cum socijs suis in domo sua cum gaudio. Illa etiam die nullo modo balneatur: nec aliquo modo coeat: nec dormiat. Nam dormire post fleubothomiam causat contractionem membrorum et est causa morus superfluitatum ad intra versus aliquod membrum mobile. Amplius in somno retrahitur sanguis et color: et spiritus ad centrum: et sic posset ratione morus inducti per fleubothomiam et ratione retractionis que fit in somno fieri in humoribus ebullitio: et sic posset fieri febris et apertio vene. Et specialiter quia in somno mouentur membra hominis motu inordinato et inopinato: scilicet cum quis in somno voluitur et reuoluitur: quod etiam causa esse possit crepationis vene. Sic igitur post fleubothomiam non est dormiendum et specialiter ante cibum sed post cibum per duas vel tres horas puto quod non est magni periculum: quia in tanto spacio humores possunt esse sufficienter quietati. Securius est tamen non dormire: vel si dormiatur sit valde parum: et sit cum bona custodia propter periculum quod imminere posset. Et in sexta die a die fleubothomie potest balneare: et quinta die coire: et in quarta die exercitari. Sic igitur fleubothomatus tribus diebus debet esse sine exercitio notandoli: et in bono regimine cibi et potus. Et quia fleubothomiam sequitur syncopis valde sepe: et specialiter in habentibus stomachum colericum et spiritus subtilis: bonum est statim facta fleubothomia fricare extremis: et irrorare faciem aqua rosata: aut vino odorifero: et vocentur proprio nomine: et aperiatur os eorum cum ligno et detur brodium galline cum vino et potest dari dyamargariton et pliris cum musto: vel zucarum rosatum. Hec sufficiant de hijs que fienda sunt ante fleubothomiam et in actu. Consequens est de sanguinis inspectione: et de dispositione corporum per ipsum sanguinem cognitione breuissime pertransire. Per horam igitur post fleubothomiam inspiciendus est sanguis postquam fuerit coagulatus. Bonum est autem ut sanguis extrahatur in pluribus scutellis: ut prius sanguis difformitas et diuersitas possit melius a medico denotari. Prima consideratio est circa hoc: quod si primus sanguis sit peior secundo et tertio: et secundus peior tertio et sic consequenter: et vltimus sit bonus: et notabilis bona: et rationabilis et sufficiens fuit fleubothomia. Et si sit econuerso: scilicet quod primus sit bonus et secundus malus: non est adeo bonum: immo signum est quod adhuc est fleubothomie: vel farinacie: vel vtriusque necessitatis. In fleubothomia que fit ad diuertendum ubi locus fleubothomatus distat a loco infirmo: hoc sepe contingit et rationabiliter secundus sanguis est peior primo: et est signum perfecte diuersionis. Sed quando fleubothomia fit ad euacuandum extra loco propinquo morbo: puta ex eadem parte: tunc primus sanguis debet esse deterior secundo: et secundus tertio. Et si oppositum contingit adhuc est fleubothomie vel farmacie necessitas. Sed in corporibus sanis que nimis distulerunt fleubothomiam sepe contingit

Ista sunt
phibenda.

De his que fienda sunt
post fleubothomiam
Signa.

Quarta

Quis sunt
substantie
in sanguine

De aquosi-
tate

git q̄ primus erit melior secundo: et tunc iteranda est fleuborhomia satis cito. Secunda consideratio est circa sanguinis substantiam. Propter quod sciendum q̄ in sanguine fleuborhomie sunt quinque substantie: scilicet melancolia: fleuma: sanguis purus: colera et aquositas vinalis. De melancolia enim est sanguinis fer et coloris nigri: et est in infimo scutelle. Et quando est nimia huius fecis q̄ritas non est bonum signum. Possumus enim indicare talem hominem esse tristem: inuidiū: curiosum: auarum: timidum: et pusillanimum. Et talis debet vti mūdificantibus melancoliam et multiplicantibus bonum sanguinem. Fleuma est quoddam albū et mu scillaginosum insipidū quod est quasi simile albumini oui. Hoc enim debet esse in sanguine post melancoliam: et huius non debet esse nimia q̄ritas. Et si sit talis humoris nimia quantitas: possumus talem iudicare fleumaticum vel naturaliter vel accidentaliter: et esse somnolentum et rudem: et pigrum ad actiones et multi sputi. De isto tamen humore plus debet esse q̄ de melancolia. Deinde sequitur sanguis purus: cuius color dicitur esse purpureus: vel rufus: vel subrufus. Et huius humoris debet esse maior quantitas: cuius humoris si sit magna quantitas possumus indicare talem hominem esse sanguineū: et liberalem: et amicabilem: liberalem ridentem et rubei coloris: satis audacem atq; begnium. Deinde sequitur colera que est spuma sanguinis crocei coloris trahentis ad claram et scintillantem rubedine. Et humoris huius debet esse minor q̄ritas q̄ sanguinis et fleumatis: et maior q̄ melancolie. Si igitur sit magna q̄ritas: possumus indicare talem hominem esse colericum et per consequens esse hirsutum: fallacem: iracundum et audacem: prodigum et ad actiones promptum et vigilem et subtilem. Et est diligenter notandum q̄ in corpore de melancolia debet esse minimum quia est humor minus conformis vire et deinde colera: et tertio de fleumate et de sanguine plusq̄ de alijs. Et secundum quidam estimationem veritati propinquam potest dici q̄ sanguis est duplici respectu fleumatis et fleuma duplici respectu colere: et colera duplici respectu melancolie. Hoc vero scire punctualiter et cum certitudine est valde difficile: et de hoc in alijs perfectius apparebit. Amplius considerare debemus substantiam aquosam que supernatur in sanguine coagulato sicut serum in lacte cum coagulatum est. Est enim sanguis superfluitas et colament sicut est serum lactis: et hec est vinalis aquositas: et apparet similis vine et in colore et in substantia si ponatur in vinali. Et quando talis aquositas est similis vine hominis sani cuius est sanguis est bonum signum: et aliter non est bonum. Et quanto aquositas talis perfectius a sanguine segregatur: tanto melius et melior digestio et decoctio in epato significatur: et e converso. Hec enim aquositas debet esse in sanguine ad sustinendum substantiam ipsius sanguinis ut liberius et facilius per venas magnas et parvas ad membra pervenire valeat. Unde non est bonum sanguinem esse privatum totaliter tali aquositate vinali. Nam ex hoc significatur siccitas et grossities sanguinis: et paucus potus permixtus et de latius. Et talis aquositas minima solet esse in multum ieiunantibus et vigilantibus: et in his qui videntur cibis declinantibus ad caliditatem et siccitatem: et in his qui multum exercitantur et sudant: et similiter in convalescentibus. Amplius non est bonum q̄ nimia huius aquositatis quantitas sit in sanguine. Nam ex hoc significatur defectus digestionis: vel rar

ne ciborum et potuum: vel ratione membrorum ciborum in sanguine conuer-
sionem facere non potentium: et significatur etiam nimia humiditas et
rigiditas sanguinis: et corporis debilitas. Unde habentes stomachum fri-
gidum: et epas frigidum: et similiter venas: et utentes cibis frigidis et humi-
lis: et multum bibentes et comedentes: et specialiter multum bibentes
et parum exercitantes: et non multum ieiunantes nec vigilantes: consue-
uerunt talem habere sanguinem. Amplius in sanguine est quedam sub-
stantia carnosita declinans ad albedinem. Nam sanguis incipit dealbari in
venis: et sanguinis digestio ulterius ut conuertatur in membra dealbando
procedit. Hec digestio incipit in venis magnis: et per venas paruas ter-
minatur finaliter ad membra digestionis tertie scilicet ad membra exteriora
solida. Huiusmodi autem substantia quasi carnea manifeste apparet
in sanguine post eius digestionem et ablutionem. Et quanto sanguis est
pinguior vel humidior et aquosior: tanto minus est in eadem de huiusmo-
di substantia et quanto sanguis est grossior: nisi temperamentum excedat:
et minus pinguis et inaquosus: tanto plus percipitur talis substantia.
Et multa igitur quantitate talis substantie albe bonitas digestionis in
venis significatur: et sanguinis obedientia ad conuersionem in membra.
Et specialiter si talis substantia inueniatur tractabilis manibus: nec in ea
apparere contenta nigra: nec ad tactum dura: et quod digitis fricata quasi pul-
uerisantur. Ex hoc enim significatur ad lepram dispositio propinqua. Am-
plius si de totius substantie sanguinis ebullitionem cum cultello vel sub
ili ligno incide sanguinem. Si enim non restat: sed facilliter incisioni obe-
liat subtilitas sanguinis significatur. Et econuerso si difficulter dinidat
et incidatur: grossities et viscositas indicatur. Viscositas sanguinis non
est sine dominio aliquali humiditatis: sed grossities potest esse cum domi-
nio siccitatis sanguinis igitur grossius sine viscositate non erit glutinosus:
nec habet partes adinuicem adherentes sicut partes cathene. Sed san-
guis viscosus est glutinosus: et eius partes sibimicem adherent sicut par-
tes cathene. Si autem sanguis nullomodo sustineat incisionem: quous di-
uidatur: sicut apparet in aqua oleo et ceteris liquoribus: que facillime di-
uiduntur sed non inciduntur: talis inquit sanguis est nimis subtilis: sed ta-
lis subtilitas meo iudicio arguit indigestionem. Et quando sanguis de fa-
cili perforatur satis conuenienter sed non inciditur: tunc arguitur san-
guinis viscositas: et talis sanguis ut plurimum est fleumaticus. Et quan-
do sanguis est grossus et non viscosus. Amplius considerandum est circa
colorem sanguinis. Inspecito igitur sanguine in scutella: si secundum alium et
aliud situm scutelle sanguis appareat alterius et alterius coloris: sicut ap-
paret in collo colube. Significat ex hoc inquit humorum malorum diuersitas
cum quadam ventositate eleuante partes sanguinis: ut lumen facilius
intret: et secundum alium et aliud situm subintrans: alium et alium colorem causet
hoc enim arguit humorum malorum diuersitatem cum quadam ventositate.
Et quod tales non sunt veri colores sanguinis: ideo demum considerare debet
nunc verum colorem et fixum sanguinis: quod color si sit rubeus: obscurus: primo
purpureus: bonus est: et arguit bonum sanguinem. Et si color sit scintillantis
rubedinis arguit dominium colere: et similiter si sit croceus: et si sit spumoso-
sus: arguitur ventositas. Et si sit cinericius: vel albus: vel linidus: potest
argui frigiditas et fleumatis dominium: et specialiter si cum hoc sanguis fue-

De substantia
carnea
sa.

Probatio
sanguinis

Quinta

De sapore
sanguinis

rit viscosus: et cetera particularia arguentia dominium fleumatis concurreunt. Isti etiam colores possunt provenire ex adustione: sicut patet in extenuatis et dispositis ad lepram. Color viridis etiam attestat adustionem et specialiter colore. Color niger attestat melancolie: vel per viam adustionis: vel naturali. Amplius considerare debemus sanguinis saporem si placet: quod debet esse dulcis. Si igitur sit insipidus: arguit dominium fleumatis si sit amarus: dominium colere: si ponticus vel acetosus: dominium melancolie vel fleumatis acetosi. Et si sapor sit salus: arguit adustionem in humoribus. Amplius considerandus est sanguinis odor. Nam si boni odoris et delectabilis est: bonum signum est et boni sanguinis. Et si odor sit fetidus est magna putrefactio in humoribus. Amplius considerare debemus si sanguis per fleuborhormiaz extractus cito coaguletur: vel tarde. Si enim cito coaguletur: nimia sanguinis grossities significat. Et si tarde nimia subtilitas et indigestio significat. Et si mediocriter: mediocritas substantie denotatur. Hec sufficiant de considerationibus habendis circa fleuborhormiam. De his autem que sumuntur ex parte egritudinum et accidentium non est hic locus loquendi: quia habent videri in curis egritudinum et accidentium. In hoc igitur negocio aliud tempus apponetur.

Capitulum secundum De ventosis



Quoniam sani minus utuntur ventosis quam fleuborhormia: ideo de ventosis breuiter est pertransendum. Circa igitur ventosationem multe cadunt considerationes. Prima consideratio est de utilitatibus ventosarum. Sciedum quod duplex est modus ventosandi. Unus sine scarificatione siue carnis incisione: et alius cum carnis incisione siue scarificatione ventosa. Ventosa sine scarificatione fit interdum ad diuertendum sanguinem ab alio loco ne euacuetur immoderate: sicut (verbigratia) in imoderato fluxu menstruum apponatur ventosa sub mamillis ad sanguinem diuertendum. Amplius fit interdum ad attrahendum. Verbigratia: si apostema sit profundum apponatur ventosa super locum apostematum ut materia apostematis trahatur ad extra: ut medicaminum virtus possit melius ad materiam illam penetrare. Amplius interdum fit ventosa ut apostematam materiam mutetur de loco nobili ad minus nobilem. Amplius interdum fit sine scarificatione ut membrum ventosatum calefiat: et sanguis ad ipsum trahatur: ut eius ventositates remoueantur. Amplius interdum fit talis ventosa ut membrum reducat ad suum naturalem locum a quo fuit remotum: sicut fit in ruptura inguinis. Aliquando fit ad sedandum dolorem: sicut in dolore matricis et colicis ventose fiunt sine scarificatione. Fiunt autem ventose cum scarificatione propter duo. Primo quidem ad euacuandum de venis magnis quibus non immediate: et ventose huiusmodi posite sunt in cruribus et inter spatulas. Secundum sanguine existente grosso tales ventose parum valent: nisi precedant subtiliantia et ab intra per cibos et medicinas: et ab extra per fricationem et balneum. Ventosa autem in fronte posita valde potest conferre dolori partium posterioris capitis: et ad alias egritudines ad quas valet fleuborhormia vene frontis: sed impedit rationem et intellectum. Amplius tales ventose maxime fiunt ad euacuandum sanguinem subtilem qui est prope cutem.

Unde in his quibus non audemus facere fleubothomiam vel propter
 etatem: vel virtutem: aut consuetudinem: debemus facere ventosas: et pot
 fieri talis ventosario cum magna scarificatione et parua. Magna quidem
 cum sit ad euacuandum a toto corpore: et cum parua cum sit ad euacuandum ave
 nis capillaribus: et ab aliquo membro speciali. Et quanto sanguis est pfun
 dior: et grossior: tanto debet esse maior: scarpellatio. Et quanto subtilior: et
 minus profundior: tanto fiat minor: scarpellatio. Et scias quod infans pri
 mo anno nullomodo debet ventosari: sed in secundo vel tertio: et sic dein
 ceps potest ventosari. Et dicunt quidam quod post sexaginta annos non ven
 tosetur. Dicunt quidam quod ventosa non debet fieri in nouilunio: nec in fi
 ne lune: sed luna existente in magno lumine: et debet fieri hora die secun
 da vel tertia. Et post horam vnam ventosationis detur cibus. Et quod vento
 sa et fleubothomia in multis conueniunt: et specialiter ventosa que fit ad
 euacuandum: tunc reducende sunt ad memoriam multe considerationes su
 perius dicte sunt de fleubothomia. Sic igitur patet propter quas causas fit
 ventosa. Secunda consideratio circa ventosas: est scire loca in quibus ven
 tose coiter poni consueverunt. Sciendum igitur quod ventose apponi consue
 verunt super caput: et in fronte: et in mento: et in parte posteriori colli: et in
 ter duo cornua in principio nuce. Et consueverunt poni sub collo supra nu
 cam: et retro in parte que opponitur cordi et stomacho. Et consueverunt po
 ni supra renes: et in cruribus: scilicet in parte anteriori et posteriori: domes
 tica et siluestri. Consueverunt etiam apponi in loco canillarum. Ad quid au
 tem horum locorum ventose deseruiant: dicendum est consequenter. Quidam
 dicunt quod ventose posite super caput conferunt amentie et scorthomie: et
 tardant caniciem. Hoc tamen non est vlt recipiendum pro vero: immo po
 nitur in quibusdam corporibus accelerant canos: et intellectum impediunt. Sed
 offerunt egritudinibus oculorum: puta scabiei: et bothis egressionem vuce. Sed in
 intellectum impediunt et faciunt hereditare stuporem et obliuionem. Igitur in sa
 nitaris regimine nullomodo ventosanda est summitas capitis. Ventosa
 sunt in fronte posita valde: potest conferre dolori partis posterioris capitis
 et ad alias egritudines ad quas valet fleubothomia vene frontis: sed impe
 dit rationem et intellectum. Unde non est in sanitatis regimine facienda.
 Ventosa sub mento confert paruis pustulis que sunt in ore: et egritudini
 dentium et gingivarum: et multum debent iuuare in mundificatione faciei et
 cutis capitis. Ventosa que ponit inter cornua occipitis valet grauedini et
 vacuitati que est in capite: et caput et faciem alleviat: et doloribus qui sunt
 in radicibus dentium et gingivarum auxiliatur: et est mirabilis in tumore faciei.
 Tales autem ventose que ponuntur in parte posteriori et supra nuca debilitant
 memoriam. Unde non debent fieri: nisi imminente necessitate: nec assuescendum
 est ad eas. Ventose que ponunt inter spatulas valent egritudinibus pectoris
 sanguineis: et asinatis et spasmo sanguineo. Sed stomachum debilitant: et possunt
 esse causa tremoris cordis alterius quam sanguinei. Ventose renibus suppo
 site valent apostematibus coarum: et scabiei earum: et emorroidibus:
 et podagre: et puritui dorsum: et ventositatibus matricis: et vesice. Ventose
 in cruribus maxime competunt in sanitatis regimine loco fleubotho
 mie: quia maxime repletionem diminuunt: et plus omnibus alijs vento
 sis. Et tales ventose maxime valent doloribus matricis antiquis: et do
 loribus renum et vesice: et menstrua prouocant: et posite in parte ante

In quibus
 locis ap
 plicat ven
 tosa

Super cap
 put

In fronte

Sub men
 to

Inter spa
 tulas.

Quarta

teriori valent in apostematibus testiculorum et vulneribus coxarum
crurium. Et posite in parte posteriori valent in apostematibus et exituris
In pedibus⁹ sunt in natibus. Ventose que ponuntur in cauillis pedum conferunt ad eadem
atque confert illarum venarum fleuborhomia: puta prohibitionem mei
struorum: et sciaticæ: et podagre.

Capitulum tertium de sanguisugis.

Electio san-
guisugarum.



Insequenter est dicere de sanguisugis. Quia
ca quas cadunt quinque considerationes. Prima est
earum electione. Secunda de earum virtute. Tertia
ipsarum preparatione antequam applicentur. Quarta
ipsarum applicatione. Quinta de ipsarum remotione
potest addi consideratio. Sexta de his que fiunt po-
st ipsarum remotionem. Propter primam sciendum
debeant eligi sanguisuge de aquis mundis currentibus
et participantibus laudabilibus conditionibus aquarum bonarum si-
perius enumeratis in primo capitulo scilicet partis: et in capitulo de bal-
neis: et in capitulo de regimine sanitatis. Et sunt aque in quibus reperiri-
tur rane munde quibus quidam asserant oppositum huius. Amplius san-
guisuga debet esse subtilis sicut canda muris parui capitis non coloris
viridis: nec nigri: nec alterius mali coloris nec super eas debent esse fila co-
loris azuli. Eligantur ruffe quasi coloris epatis vel habentes ventres r-
beos et dorsum coloris similis rei super aquam existit viriditas et non
simpliciter viridis. Si enim sint magne et magni capitis et coloris nigri
et diuersorum colorum et sint ex aquis frigidis flantibus in quibus repe-
riuntur animalia venenosa. Tales inquam sunt venenose et ex eis inquam contin-
gere consuevit sincopis et apostemata mala sanguinis fluxus et febris
membrorum laxitas et vlcera fraudulentia. Propter secundam sciendum
sicut per fleuborhomiam et ventosas enacuatur. Plenitudo totius mem-
bri particularis: sit etiam per sanguisugas. Verum est tamen quod fleubor-
homia euacuat magis profundo quam sanguisuga et ventosa: et similiter sangui-
suga attrahit sanguinem a magis profundo quam ventosa. Nam attractio
fit per ventosam est a calido et a vacuo. Sed attractio que fit per sangui-
sugam est a virtute anime et tota specie cum spiritu et calore: et ideo attra-
ctio est fortior: quia etiam attractum maiorem habet conuenientiam cum
attrahente: maiorem enim conuenientiam habet sanguis attractus cum
sanguisuga quam cum ventosa. Si igitur sanguisuga est conuenientior ac-
euacuandum plenitudinem et similiter a profundo quam ventosa. Et est dil-
igenter notandum quod dicit quidam quod sanguisuga attrahit bonum sangui-
nem et non malum: et secundum hanc viam non competunt nisi in sanguinis mu-
tatione et non in sanguinis corruptione. Sed istorum opinio non con-
sentio: quia sapientum dictis non concordat. Nouerunt enim sapientes quod san-
guisuga valet in morphea et in impetigine et in serpigine quod nullomodo es-
set si attraheret sanguinem bonum et relinqueret malum. Sic enim plus
noceret quam proderet. Unde puto saluo meliori iudicio quod sanguisuga plus
euacuat malum sanguinem et corruptum et attrahit quam bonum propter duo.
Primum quidem quia natura corporis retinet bonum et dimittit malum
quo non indiget. Secundo quia malus sanguis est proporcionabilior san-

guisuge q̄ bonus. Non enim rationabile q̄ sanguis qui habet similitudinem et proportionem in tota specie cum membro nostri corporis habeat proportionem et similitudinem cum sanguisuga: quia sanguisuga est multum distans a corpore nostro: sed rationabilis est q̄ malus sanguis et corruptus qui nullam habet proportionem cum membro corporis nostri vel paucam habet proportionem cum sanguisuga et sic sanguisuga attrahit malum sanguinem qui est magis ei proportionatus et relinquit bonum. In omnibus igitur egritudinibus subcuraneis que sunt de sanguine corrupto multum valent sanguisuge et plus q̄ ventosa. Nam ventosa attrahit indifferenter bonum et malum sanguinem: et sanguisuga non. Sed eligit malum sibi convenientiorem relinquendo bonum. Propter tertiam sciendum est q̄ ante q̄ applicentur debent seruari per unum diem et procuretur q̄ euomat per constrictionem sic q̄ emittant quod est in eorū ventribus et parū sanguinis agni vel anatis proficiatur et inde nutriatur et deinde earum immundities cum spongia vel cum panino aspero remouetur. Propter quartam sciendum q̄ quando volumus applicare sanguisugas in loco: ante fricetur locus et fomentetur intantum q̄ rubeat et pori aperiantur et sanguis subtilietur et deinde proficiatur sanguisuga in aqua dulci et mūdetur et loco applicetur. Et si applicari noluerit inungatur locus cum aliquantulo sanguinis agni vel luti aque in qua morari consuevit et permittat attrahere sanguinem quousq̄ appareant venę plene. Propter quintam sciendum q̄ quando volum⁹ eas remouere a membro cui sūt applicate: hoc potest fieri cum sera caude equi aut cum aceto tepi do aut cum aqua falsa aut ligno aloes. et demū abluiat locus cum vino puro et melle et securius est q̄ apponat ventosa super locum et si forte sanguis fluxus nō cessaret aspergatur locus gallis combustis et mastice et sanguine draconis et similibus.

In quibus egritudinibus

De casu

Capitulum quartum de cauterijs.



Cū homines sanī raro vtuntur cauterijs et tamen vtuntur eis interdum propter operis complementum addemus hic vnum capitulum breue de cauterijs que tamen spectat ad regimen sanitatis. Cum quibus aut et quomodo fiant cauteria et sectiones non est hic dicendum: hoc enim est chirurgicorū op⁹. Nolumus etiam hic enumerare omnes egritudines in quarum cura competunt cauteria vel sectiones. Nolumus etiam hic enumerare omnia loca que cauterisari consueuerunt: sed solum dicemus generales cautellas et vtilitates cauterioꝝ: et quedam generalia in cauterijs obseruanda. Sciendum igitur q̄ multis cauterisatio valde vtilis est in exsiccando humores et in attrahendo eos a remotis et profundo ad prohibendum ne corruptio spergatur ad confortandum membrum cuius complexionem volumus rectificare et ad resoluendum materias corruptas in membro retentas. Amplius cauterisatio valet ad retinendum sanguinis fluxum. Et quando cauterium fit ad hanc intentionem vltimā cauterisatio debet esse profundior et fortior: quia si essent debilis faciens crustas que postea satis cito caderet esset error peior priore. Nam sequeretur fluxus sanguinis peior et incurabilior priore. ¶ Omis

Utilitates cauterij

Quinta

In quibus morbis cōfert cauterisatio.

nes igitur in latitudine sanitatis existentes qui tamen sunt parati cadere in egritudines mēbrorum exteriorum contingentes ex humoribus corruptis debent vti cauterijs sicut verbigratia ad lepram et ad guttam rosaceam faciei: et vniuersaliter ad egritudines deturpantes faciem ppter humiditates corruptas in cerebro retentas que nō habent spiraculū: nā tales humiditates descendunt ad faciem et ad totum corpus et causant lepram: talibus inq̄ ad preseruandum: et similiter ad curandum cauterisatio est bene vtilis. Et si anteq̄ materia descēderit cauterisatio fiat ī quatuor quartis capitis quousq̄ cauterisatio perueniat ad os cranei multū est vtilis vt humiditates corrupte euentationem habeāt et spiraculum et ad cetera mēbra corporis et similiter ad faciem nō decurrāt: sed talis cauterisatio inq̄tuz peruenit ad craneum multum subtiliter est fienda ne cerebrum ebulliat et pia mater et dura ledatur et sic error nouissimus prioris peior. Et omnia ista cauteria in capite facta preseruant et curant ab omnibus egritudinibus causatis vel causari possibilibus per viam reumatis descendētis a capite et sic preseruant ab vlcere pulmonis tussi asinate et squinantia: et vniuersaliter ab alijs egritudinibus quarum mater potest esse reuma descendens a capite: et specialiter si humores sint valde corrupti et in cerebro coartati. Et sicut dictū est de humoribus corruptis in cerebro: et in capite coartatis qui per cauteria capitis mūdificantur et desiccantur: sic suo modo intelligendum est de alijs membris corporis. Nam in quocūq̄ membro corporis sint tales humores corrupti per talium membrorum cauterisationem: mūdificantur et desiccant: et membrum illud purificatur. Unde si tales humiditates corrupte sint coartate in splene: vel epate aut stomacho: vel pectore: super membris illis fiant cauteria. Et similiter intelligatur si humiditates corrupte fuerint coartate in iuncturis. Fiant enim cauteria in circuitu iuncture. Sic igitur patent tales vtilitates cauteriorum. Nūc restat ponere quasdam regulas obseruandas in cauterijs.

Regimen obseruādū in cauterijs.

Prima q̄ nūq̄ fiat cauterium: nisi corpore prius mūdificato per farmaciam: vel flenborhomiā: vel per vtrūq̄ istorum sicut medico videtur expedire. Secunda regula obseruanda est q̄ quando cauterium fit ad euacuandum: detineatur cauterium apertū: sed quando fit ad retinendum sanguinem: locus cauterisatus non teneatur apertus. Tertia regula q̄ cauterium quod fit ad euacuandum: ad minus teneatur apertū quadraginta dies: et quolibet die mūdificetur locus semel: vel bis: secundū q̄ plus vel minus de ipso euacuatur: et secundū q̄ materia est plus vel minus corrupta. Interdum lauetur locus cū decoctione foliorum edere terrestris et arborē: vt locus cauterisatus non fereat. Quinta regula est q̄ non fiant cauteria in infantibus vel valde senibus. In infantibus quidem propter membrorum nimiam molliciem. In senibus autem propter nimiam membrorum ficitatem. In his etiam etatibus membra sunt debilia: non potentia bene sustinere cauteria. Quarta regula est q̄ non fiant cauteria in temporib⁹ valde calidis: nec frigidis: nec ficcis. Sexta regula est q̄ non fiant super musculos et lacertos: sed in fine vel in principio musculorum. Septima regula q̄ interdum fiant super membrū mandans: interdum super membrum per quod tanq̄ per medium mandat: et interdum fiant super membrū cui mandat. verbigratia. Si materia existens in cerebro reumatizaret ad oculos per arterias et venas corporis

anteq̃ materia fluat fiant cauteria super caput: et cum actu fluat: fiant cauteria in temporibus. Sed cum tota materia fluxa fuerit ad lachrymales: oculi fiant in lachrymali. Interdum fiant cauteria sub membro ad qd̃ fuit materia: verbigratia. Si materia fluat ad faciem: potest fieri cauterium sub mento ad mundificandum faciem. Octaua regula obseruanda in cauterijs: est qd̃ cauteria que fiunt sub genibus sunt vriliora ad mundificandum totum corpus et humiditates corruptas a toto corpore. Unde talia cauteria satis deberent esse vrilia in cura lepre: et morphæe: et sic de alijs. Hoc ego fui expertus in vno ex principibus huius mudi.

Capitulum quintum de farmacia.



Interdum ventris solutio quibusdam hominibus multum comperit in regimine sanitatis scilicet ad preseruandum ab egritudinibus materia libus ex humorum corruptione. Est enim possibile qd̃ laxatiua aut farmaca medicina corpus mundificet ab humore qui generari consuevit ex negligentia dietæ et corporis discrasia: vel naturali: vel accidentali.

Nam quantūcūq̃ aliquis sit bone complexionis: propter nutriētia siluestria in se multiplicabit malos humores: a quibus si non mundificetur: corpus grauabitur. Et similiter quantūcūq̃ aliquis uerit boni regiminis: tamen propter maliciam complexionis: et debilitatis membrorum et spirituum et virtutum: multiplicabunt in corpore mali humores: puta colera: si euma: vel melancolia: ex quorum purgatione preseruabitur corpus ab egritudine. Utentes igitur malo regimine: et qui sunt male complexionis non sunt infantes neq̃ decrepiti: et hñtes stomachū et viscera fortia: hñesq̃ corpus magnū et pingue: et sūt gulosi: et multū comedūt fructus: et pariter exercitant: et non multū assellāt: nec sudant: nec coeūt: tales sunt maxime armacandi. Et si non euacuant: non euadent quin cadent in pessimas egritudines. Et horum oppositi in conditionibus enumeratis: minime sūt apti ad medicinam laxatiuam. Et spāliter si uenter eorum sit solubilis: et sint apti ad dissensionem vel lienteriam. Et similiter si eorum corpus sit siccū. In talibus enim medicinale laxatiue sepius sumpte corpus debilitat: et ethycas et pristinū adducit. Et si diligēter notandū qd̃ anteq̃ medicina laxatiua sumat preparandum est corpus ad eā et humores sūt dirigende et preparandi: ut humores obediant euacuationi. Qui enim conat materiā indigestā euacuare: ipsam non euacuat sed sana mēbra debilitat et morbo resistētia. Corpus igitur preparandū ē cū utrimq̃ mollicatissimis: et vinctuosis: et venarū apertissimis: et prius est ibi. Et ut sit ad vñū dicere corp⁹ est p̃molliendū: et humectandū nutritiū plurimo balneo et requie. Et si si materia sit grossa et viscosa: subtiliā a ē et icidēda: et si sit nimis subtilis et calida aliq̃liter ē igrossanda. Verū si qd̃ materia existēte furiosa: siue sit furiosa ratiōe mobilitatis materie el ratiōe malicie: siue rōne mēbri et loci: siue ratiōe quātitatis et q̃litas: siue ratiōe accidētis inducti p̃ talē materiā: non debet expectari digestio. Amplius obseruandū est ne qd̃ recipiat medicinā laxatiuā in temporibus aliis valde: nec frigidis valde: sed in tēperatis: ut in vere vel autumno. In quo tēpus etiā humidū puenienti⁹ est ad medicinā laxatiuā. Multum cōpe sit farmacandū est qd̃ luna non sit in leone: et qd̃ leo non sit ascēdēs: et vniuersaliter

Isti sunt
farmacandi

In quo tē
pe sit far
macandū.

Quinta

De luna

¶ Luna non sit in signo fixo. Si igitur luna in signo mobili et frigido et humido. Unde inter omnia signa mihi videtur q̄ cancer est conuenientius signum ad farmaciā et deinde piscis. Nec enim signa non sunt fixa et sunt aquatica: frigida: et humida. Scorpio est signum conueniens: q̄ aquaticum: frigidum: et humidum: sed est signum fixum. Multum etiam considerandum est q̄ luna non sit coniuncta ioui nec corporaliter nec per aspectum: et q̄ etiam non sit coniuncta saturno. Nam coniunctio cum ioue debilitat virtutem medicine: et fortificat virtutem naturalem corporis. Medicina autem laxatiua non euacuat humorem: nisi superande virtutes naturales corporis. Amplius coniunctio cum saturno immobilizat humores: et sic impedit operationem farmacie. Amplius considerandum est q̄ quedam medicine sunt: super quibus postq̄ sumptis multum est dormiendum: sicut fortes medicine que sumuntur in substantia pillulata. Alie sunt super quibus non tantum est dormiendum: sicut sunt medicine non ita fortes: que sumuntur per modum electuarij. Et alie sunt super quibus parum vel nihil est dormiendum: cuiusmodi sunt debiles medicine valde: et que recipiuntur in colatura. Medicine igitur que recipiuntur in substantia pillulata recipiantur de sero: et superdormiatur tota nocte. Multum autem considerandum est q̄ pillule nō sint indurate et petrificate: nec etiam sint nimis molles: sed sint ficate de nocte. Medicine autem que sumuntur per modum electuorum recipi debent in media nocte et superdormiatur vsq̄ ad diem. Et que recipiuntur in colatura recipi debent in auroa: et parum vel nihil est superdormiendum: nec statim: est ambulandum: sed quiescendum: quia scimus q̄ medicina quantūcūq̄ sit debilis non operatur in humore: nisi primitus natura in eam egerit: reducendo de potentia ad actum. Et ideo quiescendum est super eam sumptam quo vsq̄ appropinquet tempus operationis: et tunc mouendum est corpus hincinde: nō laboriose: nec in loco valde calido: nec frigido valde. Si enim vis ducere elleborum moue corpus nec dormiatur aliquo modo donec medicina suam perfecit operationem: quia somnus retinet fortes euacuationes. Et similiter medicina sumpta nihil est comedēdū donec bibendum: nec medicina compleuerit suam operationem. Sunt tamen quidam debilis nature et rare compositionis: qui non possunt esse sine cibo quousq̄ medicina suam perficiat operationem: et isti debent ante haustum medicine comedere aliquid subtile: leue: facilis digestionis. Et tales etiam postq̄ medicina incipit operari possunt comedere aliquid subtile stipricum: quod stomachum confortet: et medicinam ad inferiora deponat. Sed si necessitas non cogat: cibis et potus totaliter dimittantur quousq̄ medicina perfecit operationem. Scimus autem medicinam suam compleuisse operationem: eo q̄ videmus mutationem in egestionibus ad humorem cui medicina exhibita nō est appropriata: tunc enim signum est q̄ medicina pficit opus suum: et tunc potest farmacatus cibari. Amplius est aliud signum: scilicet q̄ medicina exhibita apparet in egestionibus. Nam postq̄ medicina sufficienter est operata: natura eam emittit: et tunc farmacatus comedat: bibat: quiescat. Tertium signum est stris: quā scimus non enenire nec ex acuitate medicine: nec humoris nec ex cōplexione stomachi. Si igitur medicina nō sit acuta: nec etiam humores in corpore q̄ debent euacuari sūt: multū cō-

In qua hora medicina sit accipienda.

lidi nec etiam farmacatus sit naturaliter sitibundus : tunc quidem satis patet farmacati operatio. Unde signum est purgationis sufficientis. Sed postq̃ perceperimus farmacum appropinquare ad operationis terminū bonū est q̃ farmacatus bibat aliquid lubricatum lauatium : et sitis sedatiuū: et medicine repressiuū et expulsiuū: et huiusmodi est aqua ordeī calidissima: hec enim est lauatiua: et medicine repressiua et lubrica. Et post horam diei comedat cibum subtilem facilis digestionis: et vinum limpha- tum bibat calidum nihil enim suscipiat actu frigidum: et dimittat illa die omnes fructus: et specialiter frigidos: et humidos laxatiuos. Et specia- liter ante cibum: et precipue crudos debilitantes stomachum. Et si me- dicina fuerit multum acuta et farmacatus multum complexionis calide: et tempus calidum: nullo modo bibatur vinum: sed loco vini bibatur melli- ratum: vel aqua scilicet zucarata: vel bibatur aqua cocta in vino paucis- simo vel debilissimo alterata. Et est diligenter notandum q̃ si quis fuerit farmacatus: vehementer purgatus: et forte timeamus vltiorem purga- tionem: nullomodo bibendum est mellicratum: nec aqua zucarata: nec si milia que ventrē laxare possent: sed bibi debet succus citoniorū inspissatus per decoctionem cum aqua ferrata vel aliquod simile. Interdum autē contingit q̃ medicina exhibita non euacuat: vel quia medicina est debilis vel quia corpus est debile: vel quia ventositas grossa est in stomacho: que inleuat corpus medicine vel quia viē intestinorum sunt opilate. Si igitur videamus medicinam non operari: quia virtus est debilis: confortan- da est cum cibo subtili lubrico: et postea exhibeatur aqua non multum fri- gida. Si autem medicina sit debilis demus aquam frigidam non nimij rigoris: et deinde dabimus aliqua compressiua pontica: sicut citonia pira. Nec enim medicinam ad inferiora deponunt. Si autem ventositas sit in ausa vel constipatio intestinorum: clisteria sunt competens medicina: et dissoluentia ventositatem. Si autem medicina exhibita non operetur: et declinet ad superiora: et generet morsum cordis et angustia: et estnationes et prefocationem et motū spasmosum prouocandus est vomitus. Et si vi- lerimus q̃ declinat ad inferiora non premitrantur clisteria fortia attra- tiua. Amplius talium medicinarum maliciam corrigat potus aque ve- hementer frigide et balneatio in ea: propter hoc q̃ frangit acuitatem me- dicine et inflammationem: et remouet ferocitatem medicine. Etiam ad hoc conferunt tyriace species quia tales medicine sunt de genere venenosorum. Sed super omnia quando medicina non euacuat: cōfide in clisteriorū be- neficijs. Si autem cum his omnibus medicina sumpta non fuerit a cor- pore expulsa: et accidentia mala multiplicentur: et medicina et materia mo- eat ad superius fienda est fleuborhomia de sophena: et post de basili- a. Vomitus autem magis prouocandi sunt quando medicina generat cor- dis morsum et nauseam: et facit singultum et prefocationem. Nec tamen contemnenda sunt clysteria. In hoc enim remedio confisus sum vsq̃ ad hunc: et bonum effectum inueni. Interdum etiam contingit q̃ medicina armata exhibita euacuat plus q̃ oportet: et tunc studendum est primovt medicina a corpore expellatur. Amplius vt intestina confortentur ad reti- endum. Tercio studendum est etiam vt materia diuertatur. Quarto vt to- tum corpus et specialiter cor et cetera membra principalia confortentur. Quinto etiam in casu forti exhibenda sunt stupefacientia et materiam con-

Regimen.

Correctio
medicina-
rum.

Remediū

gelantia. Dico igitur primo q̄ si videamus medicinam secessinam adhuc in corpore manere & corporaliter & virtualiter exhibeamus aliqua lubrica laxativa virtutem medicine debilitantia & corpus medicine a corpore expellantia quorum vnum & optimum est aqua ordeī calidissima cum mucilagine psilij vel citoniorum in potu exhibita. Nec enim faciunt virtutem medicine debilitari & ipsam a corpore expellunt & ita intelligitur in alijs. Hoc autem remedium est bonum si videamus talem euacuationem superfluum esse ex virtutis medicine fortitudine. Amplius dico secūdo q̄ virtus contentina intestinorum in tali casu est confortanda: possibile est enī & talem superfluum euacuationem esse non propter medicine fortitudinem sed propter cōtētiue intestinox debilitatem. Contentina autē stomachi & intestinorum confortatur cum stipticis & ab intra & extra. Ab intra autem carne citoniorum aromatizata vel non aromatizata: & ab extra cum oleo rosato vel masticino vel mirtino. Amplius dico tertio q̄ est studendum in diuersiōe materie (verbigratia) possibile est q̄ materia ad intestina fluat ab omnibus membris & tunc fricationes & balnea multū competūt ad diuertendū materiam ne moueatur ad intestina. Et ex eadem ratione interdū competūt diuretica & interdū etiam competit vomitus. Nec omnia enim diuertūt materiam ab intestinis. Amplius q̄ interdū medicina laxatiua euacuat vltra debitum superando virtutes corporis & vitales & naturales multū studendum est in tali casu in virtutis confortatione. Et q̄ somnifera & stupefacientia retinent euacuationes fortes in stante magna necessitate non est malū dare aliquam opiātam ad immobilitatem materie & ad stupefaciendam animalē virtutē hoc tamen fiendū est cū magna cautela.

Capitulum sextum de vomitu.



Bōa q̄ p̄
ueniūt ex
vomitu &
et iā mala

Quamuis homines sani simpliciter et a tempore non indigeant vomitu: tamen homines in quorū stomachis multiplicatur stēuma & colera per vomitū ab egritudinibus preseruantur & in propria sanitatē conseruantur. Si igitur huiusmodi homines vomitū vtantur secūdū q̄ expedit eorū stomachus a superfluitatibus mūdificatur & digestio melior efficitur & corpus renouatur caput etiam & sensus alleuiantur & vici susciuntur: q̄ si vomitus immoderate fiat & vbi non oportet corpus deficiat epari & pectori necnō oculis & pulmōi nocebit: venas quoq̄ quodq̄ scindit & rumpit ex quo passio accidit & emoptoica: debet enim fieri vomitus ad plus bis in mense in regimine sanitatis hominum predictorum: nec debet talis vomitus in regimine sanitatis fieri stomacho vacuo. Nā talis vomitus laboriosus est nimis. Fiat igitur post cibi saturitatem & sumptionē diuersorū ciborū abhominatiōē habentiū & etiā quoddammodo incisiuam virtutem. Non debet vomitus fieri frequenter ne stomachus corruptatur & virtus eius destruat nec debet observari certus numerus dierū inter vnū vomitū & aliū. Habentes autem collum longum & pectus strictū & sine carne & humeros eleuatos ad modum allarū & crura tortuosa tales inq̄ non vtantur vomitu ad conseruandū sanitatē eorū et q̄ oculi multū leduntur a vomitu. Interdū cum aliquis vomere voluerit duos pannulos in rotunditate circūoluat & super oculos ponātur et cum alio panno lato optime liget ne inde auferantur donec vomitus sit

Quib' nō
confert

completus. Et postq̄ erit perfectus facies aqua rosata est abluenda. In
estate quidem cum aqua rosarum simplici. In hyeme vero ponatur in ea
aliquantulum ligni aloes et os abluendū est cum hydromelle vel syro
aceroso et non statim est comedendum nec tardet comestione donce fa
ces sit fortis: et si contingat vomentem sitire: seda eius sitim cum syro
ritoniorum et non cum iulep nec cum syro acetoso quia ista duo incitat
ad vomitum: et qui vomuerit comedat carnes pullorum facili digestiois
in gelatina vel galentina. Nec de vomitu sufficiant vt competat in regimis
sanitatis. De vomitu enim laborioso qui fit stomacho ieiuno et cum
orribus medicinis non est hic determinandum: quia non competit sanis Laborios
orporibus: et si inter dum forte competeret ad preseruandum ab aliquib⁹ vomitus.
nalis egritudinibus. Et eadem ratio est de eo et medicina laxatiua. Unde
is que dicta sunt superius de medicina laxatiua et ex his que dicuntur de
omitu in isto capitulo patet quid sit faciendum et obseruandum in vomi
n laborioso qui fit cum medicina forti.

Capitulum septimum de clysteribus.



Cuia homines sani sepe et sepi⁹ clysteribus
vti consueuerunt et similiter suppositorijs de his bre
uiter determinandum quantum sufficiat ad regimen
sanitatis. Sciendum igitur q̄ homines in quorū inte
stinis feces indurari consueuerunt: et propter quaz in In q̄b⁹ cō
durationem potest colica passio prouenire. Similiter ferūt enes
in quorū visceribus ventositates multiplicari cōsue
uerunt vel fleuma muscillaginosum vel ad quorū inte
ina pauca colera demādatur incitās expulsiuam: tales inq̄ indigent in
nitatis regimine clysteribus vel remollitiuis contra fecum induratio
em vel ventositatum dissolutiuis contra ventositatem vel fleumatis
iacuatiuis: et similiter intelligatur de alijs humoribus: vel aliquo
dinatiuis contra defectus modificationis propter colere transmissē ad
testina paucitatem: interdum fiunt clysteria mundificatiua viscerum
cōsolidatiua et restrictiua et attractiua a remotis et īpinguatiua. Sed q̄
is nō vrimur ī regimie sanitatis de his penit⁹ nulla fiēda ē mētio ī isto
pitulo. Et ē diligēter notādū q̄ circa exhibitiōē clysteriorū multe regu
sunt cōsiderāde. Prima regula q̄ clysteria maxime fiūt ad euacuatiōē
testinoz et ad cōsūptiōē vētositatū in eis: et similiter ī renib⁹. Uū suspe
i de collica passione et dolore renū et specialiter vētoso maxime debēt vti
sterib⁹. Uū clysteria imēdiatē euacuāt ab ītestinis īferiorib⁹ et renib⁹ cō
quēter a p̄tib⁹ superiorib⁹. Euacuāt ergo ab īferiorib⁹ et eradīcāt a supe
rioribus per quādā colligantiā īferiorū ad superiora. Secūda regula ē q̄
clysteria fortia nō debent fieri nisi materia digesta. Tercia regula est q̄ cly
steria nullomodo fienda sunt cibo existente ī stomacho adhuc indigesto
na attraheretur cibus indigestus ad ītestina et ad epar. Quarta regula
p clysteria nō sunt nimis frequētāda ne natura debilitet. Quinta regu
q̄ quādo exhibetur clystere propter renes: clysterisandus debet iacere
pinus: et si propter ītestina econuerso. Sexta regula q̄ non debet fieri
stere ī tempore calido nec ī hora calida: sed debet eligi hora aliquan
lum frigida. Septima regula q̄ nō debet fieri balneū ante clystere ne in

Stomach
cho reple
to nō ē dā
dū enema

Quarta

corpore fiat mor' agitatiu'. Octaua regula q' illi q' sunt suspecti de emor-
roydibus et similibus passionibus ani: non debent vri clisteribus. Non
regula si quis timeret ne clistere retineatur poni debet in circuitu ani ar-
na calefacta vel milium calefactum. Que autem sunt materie clisterioru
scitur ex libris simplicium.

Capitulum octauum de suppositorijs.



Supposi-
toria at-
trahunt a
partibus re-
motis.

Consequenter dicemus de suppositorijs: quibus
bus sani interdum vtuntur. Sunt autem supposito-
ria quedam lenia non acuta: puta facta ex melle et suc-
co mercurialis vel ex sapone gallico vel frusto cauli
et similia. Et sunt alia his fortiora: vt suppositoria e-
melle acuta cum scamonea vel cum euforbio vel cum
coloquintida et similibus. Prima quidem suppositoria
ordinantur ad ventrem remolliendum. Et secunda or-
dinantur ad extrahendum materiam a remotis: et specialiter a partibus su-
perioribus. Prima quidem suppositoria magis competunt in regimine sa-
nitatis q' secunda.

Capitulum nonum de pessarijs.



Pessaria
confortant
matricem

Pessarijs autem sciendum q' sicut se ha-
bent ad intestina suppositoria et clysteria sic pessaria
ad matricem. Interdum autem fiunt pessaria ad me-
strua prouocanda et ad matricem mundificandum. In-
terdum ad restringendum menstrua. Interdum fiunt
ad confortandum matricem et vt disponatur ad concu-
pum. Horum autem pessariorum materia scitur ex
libris particularibus. Et de isto memini me dixisse su-
perius in capitulo de regimine appropriato sexui femineo et in tractatu qui
composui de regimine sterilitatis. In his etiam locis dictum est de signi-
ra et quantitate pessariorum et de modo immittendi pessaria. Et ideo hic pe-
transseo et huic operi finem impono cum dei laude cuius nutu sermo rec-
pit gratiam et doctrina perfectionem.

Tractatus de fleubothomia se- cundum arnaldum de villa nova



De causis
fleu'

Fleubothomia est incisio vene omnes humo-
res euacuans: unde circa fleubothomiam possunt no-
tari quattuor. Primum e de causis quare fleubothomia
debet fieri. Secundum est quod et q' vene sunt de quibus
facim' fleubothomiam. Tertium est in quibus casibus et de
qua vena conuenit fleubothomia. Quartum est quot et
q' sunt q' debent considerari in fleubothomia. De primo
sic proceditur. Unde dicim' q' fleubothomia non fit nisi
si q' humores peccant in quantitate: aut in qualitate aut utroque modo vt di-
cit Auicenna primo can. secundum. quarta capitulo de fleubothomia. Quantitate
vt in synocha inflatua: qualitate vt in canione: utroque modo: vt in canione
nide. Secundum notabile est circa fleubothomiam deuenis quot et que sunt de

Quarta pars De fleubothomia Fo. lxxxvij.

in quibus facimus fleubothomiam: et dicit Auenar. primo canonis capitulum
preallegato quod quandoque fleubothomia fit de vena: quandoque de arteria:
amē raro. vii. xxxij. vene sunt de quibus facimus fleubothomiaz. prima
est in medio frontis: due sunt in angulis oculorum: alia est in summitate na-
ris: due sunt sub lingua: due sunt in maxillis interi: et due sunt retro aures:
et sic sunt decem. In utriusque brachij iuncturis sunt quinque vene: quarum
prima secundum cardinalem est cephalica: secunda est mediana: tertia cardiaca
quarta epatica: et quinta basilica et cum ex utroque brachio habeantur decem:
et prius decem sunt viginti. In manibus sunt quattuor. una. scilicet inter auricu-
larem et medicum et alia inter indicem et pollicem in qualibet manu. In coris
sunt due vene in utroque pede tres una. scilicet interius iuxta canillam: alia exte-
rius: alia in medio pedis: et sic sunt. xxxij. Tertium notabile est in quibus casu-
bus de qua vena comperat fleubothomia. Unde debes scire quod fleubotho-
mia facimur unde vena que est in medio frontis in dolore capitis antiquo et
in frenesi confirmata. De venis que sunt in angulis oculorum facimur fleubotho-
miaz propter ruborem oculorum et in voluntariam lachrymarum effusionem. De ve-
na que est in summitate nasi in frenesi et ad clarificandum faciem: de venis
que sunt sub lingua in squinatia: de venis que sunt in maxillis propter dolo-
rem dentium: de venis que sunt retro aures in emigranea: de cephalica fit
fleubothomia contra dolorem capitis: de mediana in passione stomachi et
membrorum sibi adiacentium: de cardiaca in passione membrorum spiritualium
de epatica in passione epatis: de basilica in passione membrorum spiritualium
de vena que est inter auricularem et medicum in manu dextra fit fleubotho-
mia quando timeat de epatica passione: et de illa que est in sinistris que sal-
uatella dicitur in passione splenis: de alijs duabus que sunt inter indicem et pol-
licem fit fleubothomia in passione oculorum: et licet de venis que sunt in an-
gulis oculorum magis comperat tamen est nimis periculosa: de venis que sunt
in cora fit fleubothomia in scabie de fleumate falso: de basilica interio-
ri fit fleubothomia in passione matricis et membrorum genitalium: de soph-
na exteriori in passione renium: de vena que est media contra malum mortuum
Quartum notabile est de his que debent considerari circa fleubothomiaz: et
in fleubothomia debent quattuor considerari: scilicet virtus: etas: tempus:
et consuetudo. Virtus nam si virtus est debilis non debet fleubothomari: nam
in fleubothomia si sit nimia perditio caloris naturalis et spirituum: et tunc vir-
tus magis debilitatur. Etas debet considerari: nam que sunt in etate puerili
et in etate senectutis constituti non debent fleubothomari exceptis quibus-
dam carnosissimis senibus multum abundantibus in sanguine et calore naturali et
spiritibus. Medijs autem horum fleubothomari debent decimo quarto anno us-
que ad sexagesimum. Tempus debet considerari: nam in tempore nimis calido ut in
diebus canicularibus non debet fieri fleubothomia: quia tempore disposito in nimia
caliditate fit magna deperditio in calore naturali et spiritu quare patiens
posset incurrere periculum. Item in tempore frigidissimo non debet fieri fleubo-
thomia: quia tunc humores sunt compacti et conglobati: et ratione huius compactio-
nis et conglobationis per fleubothomiam non posset fieri expeditio liberalis.
Preterea notandum est quod secundum diversitatem temporum fleubothomia fieri di-
versimode precipitur. Vere namque in estate a parte dextra fleubothomia oi-
cimus optimam: quia istis temporibus magis humores multiplicantur et abundant
maxime in parte dextra: autumno: et hyeme humores frigidi potius dominantur

Virtus con-
sideranda.

Tractatus

rur: et hoc in parte sinistra et ideo a parte illa in istis tēpib⁹ fleuborhomia
 fieri iudicamus. Unde versus. Estas ver dextras autūnus hyemq; sini
 stras. Item sciendum est q̄ quattuor quadre sunt in luna. Prima est ca
 lida et humida et comparatur sanguini: et in ista fleuborhomiantur sangui
 nei et terminatur in die septima. Et secunda est calida et sicca: et termi
 natur in die decimaquarta: et comparatur colericis: et in ista fleuborhomian
 tur colerici. Tertia est frigida et sicca: et comparatur melancolicis et ter
 minatur in die vicesima prima. Quarta est frigida et humida: et compa
 ratur fleumaticis: et in ista fleuborhomiantur fleumatici et terminatur
 in die vicesima octava. Hec autem omnia intelligi debent q̄tum est de
 tempore electionis. Adhuc est aliud tempus fleuborhomadi: et est tem
 pus necessitatis: et in isto tempore non considerantur particularia: nam
 necessitate cogente seu vigente et virtute existente foris in omni tempe an
 ni: et in omni quadra: et in omni hora et die licitum est facere fleuborho
 miam. Item consuetudo debet attendi circa fleuborhomiam: nam si q̄s
 vsq; ad tempus senectutis absq; fleuborhomia permanserit postmodum
 nō sine periculo fleuborhomus adhibetur. Nota q̄ septem sunt planete
 quibus inferiora generabilia et corruptibilia reguntur et ordinantur.
 Primus et altior est saturn⁹: scōs iuppiter: terti⁹ mars: quart⁹ sol: q̄nt⁹
 ven⁹: sextus mercurius: et septim⁹ est luna. Saturnus est planeta frigi
 dus et siccus effectissime inimicus vite: nam mors frigida et sicca est ve
 lociter inducta. Iuppiter est calidus et humidus effectissime et est amor
 vite: quia vita stat per calidum et humidum. Mars autem calidus et sic
 cus effectissime sic et sol. Venus est calidus et humidus effectissime. Mer
 curius est frigidus et siccus et scōm aliquos temperatus. Luna est frigi
 da et humida. Nota autem q̄ si quis sibi minuat in die sabbati et in mane
 cum mercurius dominetur in illa hora errat: si vero hora secunda illius
 diei sibi minuat nō errat: quia in illa dominatur iuppiter amicus vite: et
 sicut dico de istis planetis: ita intelligendum est de omnibus alijs ppor
 tionabiliter scōm virtutem et rigorem artis. Sed quāq̄ ita sit in medici
 na non curamus observare nisi cursum lune solum cuius ratio hec est: q̄
 luna propinquior est nobis quam aliquis alius planeta et eius influentia
 manifestior est et sensibilior. Propter enim influentiam lune fluit ma
 re et refluit et crescente luna crescit omne humidum: et decrescente decre
 scit: et quia medicus est sensibilis artifex: maxime propter illam partem
 que dicitur practica: ideo considerat cursum lune pre ceteris de qua luna
 tales dantur regule. Luna existere in coniunctione nullomodo fiat fleu
 borhomia sic nec existente plena. Ratio prime regule talis est: q̄ quando
 luna est in coniunctione tunc nō habet aliud de ea: et tunc est minus de hu
 mido in corpore vinente quam alia hora: et si tunc aliquis sibi minueretur
 minueret sibi humidum et fieret exsiccatio cum ex duplici parte minue
 retur humiditas: sed si forte sit magna necessitas fiat scarificatio i tibijs:
 nam sanguis tibijs est grossus et feculentus: vnde nō est magnus pe
 riculum in tali diminutione. Unde accidit parisijs nostris temporib⁹
 q̄ quidam medicus habeat quēdam militem in cura et fecit ipm minui
 luna existente in coniunctione et statim arripuit ipm flurus tam vehemens
 q̄ in triduo expiravit: quia eius retentiva fuit adeo debilitata propter de
 fectum humidi naturalis q̄ humidus cibale non poterat in eius corpore

remanere. Ratio secunde regule hec est quando enim luna est plena tunc est in corpore viuente plus de humiditate q̄ in alia hora vel etate: et tunc si quis sibi minueret exiret humiditas magno impetu: et exiret nimis de bono sanguine: sicut enim vides de dolio pleno q̄ exit vinum magno impetu: ita exiret tunc temporis sanguis: et tunc non posset natura regulare euacuationem vt deceret: natura enim intendit bonum sanguinem retinere et prauum ejicere: sed tunc prauus sanguis et bonus sunt cōmixti quare nō potest vnum euacuari sine alio. Et consimilis ratio est ne quis minuat de vena brachij vel etiam de alia post prandium: quia tunc sanguis plus mixtus est prauus cum bono q̄ ante prandium: et ita exiret bonus sicut prauus. Nunc ad maiorem certitudinem sciendum est q̄ duodecim sunt partes in celo stellato quas duodecim ptes duodecim signa appellamus: et quis quodlibet eorū sit primū et quodlibet vltimū: tamē omnes mechanice operationes incipiunt ab illo signo quod dicitur aries. Sunt autem predicta signa hec. Aries: taurus: gemini: cancer: leo: virgo. et illa sex dominantur alijs et dicuntur signa septētrionalia. Et in istis luna est magis obseruanda: quia in istis luna est toti terre habitabili propinquior. Alia vero sex signa dicuntur meridionalia: et sunt hec. libra: scorpius: sagittarius: capricornus: aquarius: pisces. Nunc sciendū q̄ luna habet speciale dominium supra caput quando est in ariete: et tunc aliquis nullomodo est minuendus in capite: quia luna tantam frigiditatem infligeretur supra icisionē et fugatur calor et spūs naturalis adeo q̄ possit esse mortificatio de facili: et est semper periculū in negotio: etiam sagax medicus semper debet expectare vel tardare incisionē capitis donec luna exierit arietem manet enim luna in quolibet signo per duos dies cū dimidio et paulo plus: sed de illo plus ad presens non est curandū: q̄ nō facit errorem sensibile. Luna existente in tauro habet speciale dominium supra collum et tūc nullomodo faciēda est minutio de collo ratione p̄dicta quā dictū est de capite. Luna vero existēte in geminis dñatur in brachijs et tūc et cetera. Luna vero existēte in cancro dñatur pectori et tūc: et cetera. Luna existēte in leone dñatur ventri et tūc: et cetera. Luna existēte in libra dñatur renibus dorso et pudibūdīs et pectini et tūc: et cetera. Luna existente in scorpione dñatur in crurib⁹ et tūc: et cetera. Luna existēte in sagittario dñatur in minas genib⁹: et cetera. Luna existēte in capricorno dñatur tibijs et tunc: et cetera. Luna existente in aquario dñatur sop̄enis id est cauillis tibiarij vel collis pedū et tūc: et cetera. Luna existente in piscibus dñatur plantis et tunc: et cetera. Notandum autē diligenter q̄ quando luna est in signis septētrionalibus tunc dominatur membris principalibus et magis vitas habentibus et tunc nobis propinquior: quare tunc maxime est luna seruāda. Quādo vero luna est in signis meridionalib⁹ tunc mēbris vilioribus dominatur: et tūc est nobis remotior et sine dubio seruāda sed nō tantū sicut in alijs. Item nota diligenter q̄ qui in aliqua duarum primarij regularum inciderit cum aliqua duodecima specialium regularum: tūc est magis perniciosum et magis mortiferum. Unde credo q̄ luna existente in coniunctione et existente in ariete si quis vulneretur in capite nō eualet mortem etiam de paruo vulnere: et adhuc periculosius est luna existēte in ariete et plena et sic de alijs proportionaliter intelligendo. Unde homines fatui qui nesciunt causas mirantur aliquando vehemēter quādo

Tractatus

aliquis moritur repente recepto paruo vulnere. Luna vero vicefima septima: vicefima octaua: vicefima nona: tricesima est timenda: quia aut est in coniunctione: aut circa coniunctionem. Luna vero quattuordecima semper plena. Unde tredecima quattuordecima quindecima etiam sextadecima et timenda et secundum aliquos duodecima: quia est prope lumen plenum. Regula de luna quo ad signa breuis et utilis: sed debes scire quod sol moratur in quolibet signo triginta diebus et paulo plus quod non facit errorem. Et debes scire quod si ingreditur signum arietis in medio martis residet in eo usque ad medium mensis aprilis et de sic alijs: scito et cognito in quo signo est sol si vis scire in quo signo est luna. hec est regula habearis habedarii et computa quot dies est luna: et adde duos dies et diuide totum per quantum et si habueris unum quinarium per duo signa distat luna a sole: si aut habueris. ij. quinariorum per quattuor signa intellige distanciam ita quod lunam intelligo pcedere versus orientem. Per regulam ergo tu scis in quo signo est sol: et per istam regulam scis in quo signo est luna. Verbigratia si ita sit quod sol sit in principio arietis et luna sit quinta ipsa erit in principio geminorum: et sic de alijs signis. Nota quod sophe ne pedum et alie parue vene consequenter fleuborhomantur in vespere et post comestionem et causa est: quia tunc magis apparer: tum propter morum factum de die: tum etiam ratione comestionis magis sunt inflate vene et magis apparer: etiam quia grossi humores mouetur versus noctem. Alia causa est secundum aliquos: quia virtus magis debilitatur ex fleuborhomia istarum paruarum venarum qui ex fleuborhomia venarum brachij propter maiorem diuersionem caloris et spirituum modo virtus est fortior post cibum quare et cetera. Si vena brachij non possit inueniri accipitur fermetum bene acre et desuper emplastretur in nocte et in mane apparebit vena et cetera. Sanguineis fleuborhomia in terreis signis magis expedit. Colericis in signis aquaticis. Fleumaticis in signis igneis. De lancolicis autem in aereis signis.



Uera que pigra appellatur sic fit. Reci. pulueris. ro. rube spice masticeis xilobalsami carpobalsami cinamomi cassie ignee assari omnium ana. drag. v. aloes drag. lxxx. teratur aloes per se et cribelletur et post cribellationem misceatur cum puluere cribellato aliarum rerum et conficiantur cum melle despumato valet in dolore capitis ex frigida causa et calida et composita: et res

mouet fastidium a stomacho: et ipsum in omnibus operationibus suis confortat soluit coleram ut fleuma et omnem materiam quam inuenit in stomacho et intestinis: et vermes interficit et eos educit mortuos et viuos: datur cum aqua calida decoctionis lactucarum vel rosarum vel violarum aut cum aqua calida in frigida causa. Dosis eius est ab uno ans. ad. 3. ij.



Quando aliquis vult componere medicinam laxatiuam ex simplicibus medicinis laxatiuis: sumat de vnaquaque quantum sufficit vni dosi ad purgationem postea si totum fuerit compositum ex quattuor medicinis accipias quartam totius et si ex quinta quintam et sic in alijs numeris (verbigratia) si fuerit medicina laxa. scamonea: aloe agarico et colloquitida: sumemus ex aloe. 3. ij. et ex colloquin. scrup. i. et ex scamonea. scrup. f. et aga-

ico. 3. i. 2 scrup. i. 2. habebim⁹ in summa ex oibus collectis simul. 3. iij. et scrup. iij. 2 totius quarta erit. 3. i. 2 quarta vnius. 3. 2 hoc sufficit vni dosi de hoc cōposito ex. v. medicinis sumes quintā partē totius. v. Reci. turpith. 3. i. Aloes. 3. iij. agarici 3. i. 2. scrup. i. colloquin. scrup. i. 2. f. scamozee. scrup. f. collectis medicinis simul fit summa de omnib⁹ q⁹ erit totum cōpositū. 3. v. 2. scrup. iij. cuius quinta erit. 3. i. 2 quinta vnius. 3. 2 hec quāti⁹ as de hoc cōposito sufficit vni dosi in homine vno.



Generalis regula de rob quomodo fit est nominis expositio q⁹d hic dicatur per rob: vbiq⁹ ex periet in sciētia medicine intelligas succū vel humi⁹ dū actuale expressu⁹ a re post cōcussionē rei 2 decoctū vsq⁹ ad rei spissitudinē vel quasi vsq⁹ ad sympizatio⁹ nē: 2 specialiter quando decoq⁹tur 2 inspissatur absq⁹ adiuncto fit: 2 pōt fieri ex qualibet re: hoc modo reci⁹ piatur res viridis 2 digesta siue semī digestionis 2 p⁹

ecte p⁹fundit⁹ 2 exprimitur ei⁹ succus cū cocleari vel manib⁹ aut alio mō et olat illud quod exprimit⁹ a re: 2 ponitur tunc ad ignē 2 bulliatur donec ei⁹ medietas sit p⁹sumpta aut donec ei⁹ due medietates p⁹sup⁹te fuerit 2 de spu⁹ nat⁹ 2 reseruaf⁹ 2 hoc erit rob cuiuslibet rei 2 erit illi⁹ nature secūdu⁹ q⁹ est res ex qua derivatū fuit: 2 est preter hoc nobilioris operationis q⁹ res ipse secūdu⁹ quod ipsum si non fuerit decoctum.



Pillule cocchie q⁹valēt ad oēs dolorē capitis 2 specialit⁹ q⁹ fit ex materia fleumatica frigida et p⁹posita et p⁹pter hoc remouēt carthar⁹ 2 valēt in epīlia obtala⁹ mia 2 omnib⁹ egritudinibus auris oculor⁹: 2 omniū in interior⁹ sensibiliū sic fiūt. Reci. pul. pigre. 3. x. colloqui 3. iij. 2 tertiā scamonee. 3. ij. f. 2. turbit⁹ sticados. añ. 3. vi. fiat pillule ad modū cicerū grossū cum succo ruthe vel apij. Dosis earum est. 3. i. 2. f. vel. 3. i. sola.



Gargarismus q⁹ mundificat caput 2 deponit flegma. Reci. piretri piperis. añ. 3. ij. sinap. 3. v. granor⁹ granati acetosi. 3. iij. terātur 2 conficiātur cū melle 2 fi⁹ at gargarismus cū aqua calida. Aliud ad idē. Reci. sinapis sansusi. añ. 3. ij. aceti mellis quātū necesse est misce⁹ antur 2 administrētur. Sargarismus ad paralysim tor⁹ turā 2 granitatē lingue. Reci. sinap. origani. 33. piperis al. piperis lon. piperis nigri piretri oīs añ. 3. f. baurach

5. iij. yfopi succi radicis lilij celestis radicis capparis stafizagrie. añ. 3. iij. granor⁹ granati torrefactor⁹ sansucci sicci. añ. 3. viij. terātur 2 cōficiātur cū melle: 2 dissoluētur cū secaniabin mixto cū aqua 2 gargarisetur cū eo. Sargarismi fiūt cōtra squinātiā 2 dolorē in gutture: primo in principio cū suc⁹ co moror⁹ imaturoz 2 succo corticū imaturoz nucū 2 succo berbez 2 vino de granatis 2 similiū cū aqua calida repercuriūt enīz materiā a loco 2 confortāt locū ne āplius materiā recipiat. Sargarismus qui fit in augmento confortat locū 2 dissoluit materiā squinantie. Dissoluatur medula cassie fīf. cū aqua calida 2 misceatur cū succo solatri. Sargarismus qui mundifi⁹ cat 2 dissoluit omnem superfluitatem gutturis oris et ginginarū et loca

Hypocratis

ista omnia confortat. Sumatur oximellis squillitici vel eius acetū et disso-
uatur cum aqua calida: vel aqua decoctionis yfopi quod melius est. Gar-
garismus q̄ vocē clarificat et mūdificat cānaz pulmonis et guttur et totum
caput et confert ad catarrum. Sumuntur yfopus yeros et liquiritia et cro-
cus terantur perfecte et misceantur cum melle. ro. et aqua calida vel aqua
decoctionis loquitur quod est melius.



Caputpurgium appellatur omne illud quo
caput purgatur et specialiter illud quod ponitur cum
nasali vel quod ponitur in naso aliquo modo vel in
genio per quod purgatur materia ventosa vel humo-
rosa capitis. Scire hoc cōuenit q̄ caputpurgium ve-
nascali non debet fieri nisi post purgatiōes vninc̄si-
les totius corporis. Caput purgiū quod valet ad sodā
antiquā ex ventositatibus et fleumate: et conferēs ad
dolorem oculorum et aurium tinitum ex ventositatibus sic fit. Recī. fellis
tauri mirre musci. añ. scrup. i. aloes. scrup. f. terātur et fiant pillule vt lēe-
et cum necesse fuerit dissoluātur cū aqua calida: vel aqua decoctionis sam-
ne qd̄ meli⁹ erit et imponātur cū nasali. Aliud ad idē. Recī. castorei oppo-
po. croci galle adip. añ. 3. i. terātur et cōficiētur et fiāt pillule et soluātur cū
aqua et ponantur in naso cū nasali vel alio ingenio. Aliud quod abscindit
descēsum lachrymarū ab oculis et valet ad sodā frigidā et ventosā sic fit
Recī. fellis. adip. et fellis tauri sicle succi anta. 3. f. misceantur et fiat caput
purgiū ex eis. Caputpurgiū quod valet ad emigraneā antiquā q̄ fit ex fleu-
mate et ventositatibus grossis sic fit. Recī. oppo. fellis lucij vel alterius
piscis. añ. 3. ij. lentiū amaray. 3. vi. serapini origani. añ. 3. i. terantur et cri-
brentur et fiant pillule et soluantur ex eis. ij. grana ordeī cū oleo de amigda-
lis dulcib⁹ et oleo de auellanis et oleo de se. cucurbite et fiat ex eis caputpur-
giū in capite omni mens. in principio. Caputpurgiū ad sodā ex caliditate
sic fit. Recī. spodij. 3. ij. opi. grana. ij. croci. 3. f. terātur et cōficiātur cū oleo
de nenufare vel oleo violato cū lacte mulieris puellā lactāris. Aliud ad idē
Recī. amuli succari añ. 3. ij. opi. 3. iij. spodij. 3. gra. f. i. croci. 3. f. fiāt pillu-
le et dissoluātur cū aqua frigida. Caputpurgiū qd̄ valet ad furfures capitis
sic fit. Recī. cāphore croci añ. 3. ij. spodij tria grana ordeī terātur et cōfician-
tur cū albumine oui fiāt pillule et dissoluātur cū pondere trium granorum
ordeī aque flumialis aut cū lacte mulieris et oleo violato et ponatur in na-
so. Caput purgiū mirabile nostrū quod fecimus conferens ad debilitates
visus et tenebrositatē et pannum et lachrymas sic fit. Recī. succi cicoree suc-
ci ruthe succi euparhorij succi celidonie et eufrasie fellis thauri: lucij et gru-
is misceantur et fiat caputpurgiū bis vel ter in ebdomada: post purgatiō-
nem factam omni ebdomada cum pillulis cochij. Aliud. Recī. Salamā.
i. radix eius. mastice. piretri. turbit. 33. añ. tere. et miscere. et pone in par-
uo saculo lineo: inter dentes et mastica. et fleuma descender. potest hoc
fieri sine purgatiōe precedēte: de mane tamē et ante comestionem. Aliud
fit de iure maiorane abstracto per nares ad cerebrum.

Incipit astronomia ypo-
cratis de infirmitatibus



bestis omnibus: et augmentum in mari et in cunctis mundanis rebus.



Quando infirmitas cadit in lecto. **Q**uod est videre si luna creat tunc de combustione tunc enim cre-
scit infirmitas quousque veniat ad oppositionis gra-
dus: et quando fuerit in oppositione: aut si fuerit cum
malo planeta aut in malo loco: et si aspererit dominum
mortis per hoc potest scire utrum debeat mori vel non
si habuerit longam infirmitatem vel curtam. Nunc
videamus causam signorum iuxta presentiam lune in eis.



Cum infirmitas cuius acciderit quando luna
fuerit in ariete cum Marte aut cum Sole erit infirmitas
in capite propter caliditatem solis et dolebunt ei pulsus
capitis. Habet ergo febres calidas et non vadit calidis
ras ab eo patitur quoque anxietatem et vix loquitur. In pe-
ctore quoque nimium calorem patitur et dolo-rem in pulmone: et habet
vehementissimum pulsus. Necessarium est enim ei minuere de
vena cordis sanguinem et uti rebus frigidis in potu et
cibo minuere calorem et habet infirmitas sentire in frenesim. Et quando cum ea
fuerit Mars aut Saturnus morietur ex hac infirmitate infra. vii. dies die quo
luna fuerit cum Sole per quartum aspectum vel per sextum: hoc est si luna addat suo lumine. Si luna
fuerit in ariete et infortunata aspererit quadrato: aut oppositione et si fuerit
illa infortuna Saturni erit infirmitas in capite: et est ista infirmitas ducet
eum extra mentem et faciet insanum: et nunc crescit et nunc minuitur et est simul quod vi-
dere non potest. Si non ab astronomia nescis non poteris scire eius infirmitatem. Et
si fuerit luna in diminutione luminis aut gradum quem reuertit ad primum aspe-
ctum Saturni. id est quem eum dimisit et per alium aspectum eam aspererit: terminatur infir-
mitas sine in bono siue in malo: quod si aspererit infortunatam morietur: et si non aspe-
rerit meliorabitur. Et quando luna dimiserit illos aspectus de quibus diximus quod deberet
terminari: et inuenit iouem vel venerem per aliquem aspectum antequam veniat ad co-
mbustionem super eum stabit infirmitas donec luna veniat in aspectum: aut
in oppositione solis: et sic illos non inuenierit et inuenierit mercurium mo-
rietur: et si inuenierit Martem meliorabitur: et hec infirmitas erit de ali-
quo fleumate albo. Et quando infirmus presentit infirmitatem et fu-
erit luna addens in suo lumine: et gradibus: et Mars et Sol in ariete erit
infirmitas in capite et in rosam. et nascitur ei apostema in capite de fleu-
mate albo: et exiet ei sanguis de naribus et oportet cum uti frigidum et o-
pus est ei medicina unde apostema moriatur: et si fuerit luna cum mer-
curio in loco solis euadet infirmus: sed primum habebit magnum pericu-
lum. Ideo mercurius concordat cum Marte in uno negotio: sed Mars non fa-

Hypocratis

saporem sumat ipsius et assidnetur bibere quoniā humores melācolicos et adustos educit per vinam et rectificat cerebrū in effectum fumositatē melancolie: et ego addo q̄ demētes et fatuos quos ligari oportet sanat et ad sensum et discretionem reducit. Et testis sit conscientia mihi: q̄ vidi liberari quandam dominā de vrbe que frequēter ex quacūq; ira vel melancolia efficiebatur fatua loquēs verba vituperosa: ita q̄ oportebat ligatā teneri in domo sua donec furia illa cessaret. Et fuit scitum huiusmodi remedium ex doctrina cuiusdam peregrini qui peruenit ad domum illius elemosinam petens.

Sequitur de vino passulato.



Uinum passulatum sic fit: pro qualibet sarcina vini ponat passularum pinguium sine arrill pistatarū. lib. ij. et bulliant in aliqua q̄ritate musti et superponatur aliq̄ musto et in vegete intromittatur et in. xij. diebus erit clarificatus et est bonum odoriferus: et oportet frequēter misceri cum est in vegete: et cū clarificatum fuerit recipiat de eo maxime in hyeme: et est vinum senū et decrepitorum et melancolicorū et fleumaticorū et precipue mulieres impingnat: lenit pectus et confortat stomachū et addit in substantia epatis et confortat ipm proprie et calefacit sanguinē et resistit putrefactioni et mouet de nausea et mollificatione stomachi que accidit ex corruptione ipsius: et est bonus in tussi et asmate et lubricat ventrem naturaliter et stringit lubricitatem accidētaliter sicut lienteriam et similia: et confortat pprie digestiuam retentiua et expulsuam: et valet contra sincopim et contra timpanitem et q̄n est potissime in eo fleuma et perambulatio et humiditatem seu aquositatem consumit et vsus ei⁹ phibet nasci in corpe apostemata si deus voluerit et qui assiduatur illud nō poterit videre excrecere in corpore suo egritudinem fleumaticam.

Capitulum de vino laxatiuo.



Vinum autem naturaliter laxatiuū fit: hoc modo scindatur vitis per longū et trahatur medulla ex ea in aliqua q̄ritate et impleat scamonea vel elleboro nigro: aut esula vel alio forti laxatiuo et stringatur vitis et ligetur sicut q̄n inseritur et trāsbibit liquor perducendus ad generationē vnae per locum illum et inficietur illis et fiet vna laxatiua et vinū laxatiuū Sic quoq; fiet in primis. Nam paladins in libro suo de agricultura docet facere alia laxatiua cū frequenti adaquatione de sespo capiari. Et similiter docet facere rosas albas nasci virides vel azulas per eundem modum ponendo colores in medio stipitis plāte rose. Et modus iste est de excellentiorib⁹ operibus medicine scdm genus laxatiuorū de quib⁹ fieri pōt qm malicia illarum rerum alteratur tantū per recessus virtutis earum a substantia que faciūt operationē sine nocumento: licet magis pigre: et hec est nobilior excoorporatio medicinarū que fieri potest et pauci sciunt hoc. Et inuenta est iam vna cui⁹ quodlibet granū mouebat sellam vnā et reputabat ad miraculum et per triduum similiter: nec est forte nec ad mirabile scienti illud. Et qui scit naturas et potentias rerū simplicium et habet ymaginatiuam fortem in opere natura facit mirabilia

Et etiam quando in aqua vel in vino transibit virtus laxatini vt pruna
 sicca vel vne passe z moventur in vino donec turgescat z lauentur vino z re
 cipientur z laxant: et qui nesciunt magisterium mirant. Beatus ergo ille
 medicus cui deus dat scientiam z intelligentiam qm est quasi nature socius
 et no ab re tantum est qm est in scientia salomonis siue sapientia hono
 ra medicum zc. z em creauit illum altissim: sed horum multi sunt vocati pau
 ci vero electi. Qm scientia medicine iaz est reducta ad opinionem emorhoi
 corum de quibz oster dicit cinorhonia aut vniuersa contemplat. Qui em
 plura singularia ad vniuersale reduxit melior inter eos habet. Idcirco be
 ne diffiniuit quidem dicens medicina est scientia que nascit: deus aut be
 nedictus scire z intelligere ac operari nos facit ad beneplacitum suum.

De vino citoniorum.



Vnum de citonijs scdm dyascoridem inqt
 fit ex citonijs: vinum quod ydromel grece appellat
 ex multis compositionibz. Hic vtilior est post canicu
 lares estus quecuqz ex nouis ymbribz aqua celestis in
 funderet mudo vase suscipiat z in ymbria posita sepi
 quita colet. Citonia vero iuxta maturitatem senibus
 alijs semibz z lignis interi purgatis z in pua fru
 stra diuisis aqua eisdem immergat z tandiu cu ea re
 inquaf: scz donec succus eorum transisse videat in colorem vini leto igne
 iumo bulliat z expumet z reponat in vase bn clauso z post septimum men
 sem pro vino vti licebit ad oia corporis vicia q stiptica virtute indiget ad
 auari sicut dissolutionibz z membrorum defectibz z sudoribz dyasoreticis et
 ia membra principalia confortat z stomachu et eius vomitu voluntarium
 auseam z fastidiu remouet valet in omibz fluxibus z in calefactione epas
 is z rectificat ipm sanguinem reicientibz subuenit: z cu vomitibz et cibis
 diuina digestiua fumum salientem ad caput reprimat. Ante vero cibum rete
 iuam seu contentiuu iuuat z substantiaz intestinorum confortat z morio
 ex eorum sedat. Et vsus eius leticiam inducit z conuenit omnibz etatibus et
 complexionibus regionibus sua proprietate scdm Auicennam: et sitim se
 at z bonum colorem facit apparere z valet in debilitate renus z confert
 prietati z comestationi nimie prodest conualescentibus verum nimius
 sus eius inducit opilationem z valet in corruptione z mollificatione sto
 machi: z est bonum ethicis z pficis inquit afit aluboni. Quando multi
 licantur plunie in vere z in hyeme parantur morti homines z eorum via ena
 onis vti rob citoniorum. Consimiliter potest etiam fieri suo modo vni
 toniatum assatum excoiatum calidum imponitur in eo et permittitur
 eo aliquantulum permanere: et bibitur et dicitur supplere necessitate
 icem vini predicti.

De vino rozismarino.



Vnum rozismarinum. i. de roze marino. Inquit
 em actor. Cum essem in babilonia accepi cu multa sollicitudi
 nez precu instantia a quoda antiquissimo medico sarraceno
 virtutes rozismarini quas secreto rabi quasi nulli debere co
 municari retinebat et dixit q de excellentioribus operibz ei
 vino deinde cu balneo: deinde cu electuario: deinde cu fit ex eo oleu qd
 s iij

Tractatus

est in effectu balsami: et vinū quod fit more aliorū. Eius proprietates sunt mirabiles: nam ipm est vrile in omnibus egritudinibus frigidis et rectificat appetitū: et confortat sua aromaticitate qua aia dilatat et sua stipticitate qua substantia iporum aggregat et fortificat omnia membra et nervos qñ lauatur ex eo facies reddit eam pulchrā. Et si caput lauatur ex eo non cadūt pili imo multiplicantur. Et vsus eius preseruat pprie ab antrace et ab huiusmodi malis pustulis cōsumit flegma et melancoliaz: et confortat pprie substantiam cordis: et hoc facit acquirere ac cōsequi iuuenescētia. Et forte qui assiduauerit eo nō putrefiet corpus ei⁹: et cum abluatur os ex eo reddit odoriferum et consolidat dentes: cōfortatq; gingiuas et cancrum sanat. Quando lauatur cū eo cancer: et fistule: et hmoi vulnera desiccant et rectificat eo. Et quando quis ex longa infirmitate infirm⁹ sine debilitate panem asini in eodem vino frequētauerit comedere rectificat appetitum et confortat eius membrum debilitatū: et cū aqua pluuiāli propriū decoctionis eius florū temperatū assiduatū rectificat priscos et ethicos et est secretum et valet dictū vinum in cotidiana et liturgia et quartana: et valet in cardiacis passionib⁹ cordis et nausea et dissinterijs et fluxib⁹. Item et quod de excellentiorib⁹ operibus eius est vicariū tyrsace cōtra venenosos cibos et venenum: et est tutela magna tam in potu quā in cibo: et cōfortat virtutem debilem regitiuam et est potus pprie paraliticis et tremulis et relaxationi neruoz confert et podagre paulatine. Et in summa confert omnibus mulierib⁹ pprie humide complexionis et rectificat earum matrices et prodest ad conceptus. Et fit electuarium ex florib⁹ rosismarini et melle despumato scdm quod mel rosatum: et est mirabilis vsus eius ad omnia predicta. Et fit stupha ex illa herba ex floribus quod dicitur balneum vaporosum mediante calore et est balneum vite et mors senectutis quoniam assiduatio eius facit renouari: vt aquila iuuentutem suam assiduantes balneo ipo: et est secretissimū et fit ex eo oleum sicut mel qd gerit vicem balsami: et est res archana. Cuius magisterium hoc est implet ampulla vitri floribus eius et clauditur cum panno duplicato cerato. Au cum cera et coopertorio: ita qd nō respiret et sepelitur in arena vsq; ad medium et moietur hic per mensem vnum vel plus donec flores dissoluāt in aqua: et separetur aqua illa pura et ponatur ad solem per quadragintidies et inspissabitur aqua illa ad modum balsami confortat enim cor cerebrum et ad totum corpus valet: confortat debilitatem neruorum. Remouet pannos et maculas faciei seruat iuuentutem et patitur experientiam balsami quoniam gutta eius super aquam posita petit fundum et stabit: et si ponatur gutta eius in sero in oculo non tantum delet maculas: sed omne malum sanat si tribus vicibus vteretur. Amplius res eperita est qd aqua vite sine ardēs que est facta de vino in quo remolita fuerit dicta herba curat flegma salsum scabiem cancrum et fistulam que nō possunt aliter sanari. Et si fuerit et residerit dicta herba et flores: et ea si inungantur manus vel membrum paraliticum frequenter: vel ad calorem rectificatur et quandoq; sanatur. Sunt et alie operationes singulares que hic propter operis breuitatem obmittuntur cum sufficiant que dicta sunt.

Uinum contra opilationem
Splenis, epatis et yctericiam.



Vinum contra opilationem splenis et epas
is et ycteritiā: ponantur in eo folia et radices cicor
ee scolopendrie endi uie et modicū absinthij et facta
bullitione vel bona calefactione ponatur ipsum vi
nū in sacculo et reiteretur ad modū clareti supra pres
dictas herbas et si indigeret aliqua dulcoratione pro
pter amaritudinē ponat aliqd passularū: aut zuccari
seu liqritie et hmoi: et est mirabile in hoc casu. Et ius
namentū quidē vinorū auget et minuitur secundū bonitatē ligni vasis et
maliciā. Inde est qd vinū conseruatū in vase thamarisci pfert valde spleni.

De vino barbarico.



Vinū barbaricū ad sanādū plagas solo potu. **R.**
de caulib⁹ rubeis et de viticis barbaricis de carbonib⁹ de ca
napi et anathasia: aut de radicib⁹ rubee maioris ad pondus
omniū aliorū et hec omnia siccentur ad vmbra: et post pulue
risentur et ponantur in sacculo: et saccul⁹ in vino bulliēti pos
natur et dimittunt sic esse sepe sacculū ducendo pervas et bibatur de illo
mane et sero ad pondus. 3. iij. vel parum plus. Et supra plagā ponatur lin
teus subtilis et foliū caulis desuper et curatur et sanatur et hoc pro deli
catris. Pro alijs vero datur de puluere quantū digitis tribus sumi potest
in vino vel ouo et facit eandē operationē et cū his vulnera intrinseca et
extrinseca sanātur quasi diuina operatione. Oportet tamen medicū me
tiri complexionē vulnerati et eius consistentiā vtrū vel de murmurei vel
febrē habeat tunc autē non est ita secuta ista operatio alias indifferenter
operarentur qui sciunt et fiunt vne inuatiue et prima laxatina et huius
modi fructus sicci qui resolutione pellis corrugata humiditate commu
ni bibitur returgescunt. Et sit qd ponatur vne passate in meliori vino albo
quod habeatur et turgescunt et implebuntur vino illo. et commiscebitur
medullayuarū cum vino illo et fiunt vne quasi none et in sapore erunt sa
poris illius cuius est vinū. Et si ponantur ipse vne vel pruna aut ficus in
vino vel aqua in qua enacuata sunt aliqua laxatina implebuntur humo
re illo laxativo et acquiratur eis virtus laxandi secundū genus ex corpor
ratorum in predicto liquore.

De vino extinctionis auri.



Vinum extinctionis auri. Hoc vinū habet
proprietatem magnā in conditionibus multis qd ta
liter operatur. Extinguatur lamina auri in bono vi
no. xl. vel l. vicibus et dimittatur clarescere et dili
genter coletur et conseruetur habet omnes virtutem
confortandi cor desiccatur superfluitatē omnium alia
rum superfluitatū a sanguine et illuminat substan
tiam cordis et spiritus sua soliditate et sua claritate
confortare et suo tēperamento tēperare et preseruando sanguinē a come
stibiliū corruptione mundificare et sua grauitate supfluitates ad partes
expulsionū inclinare et inuentutē conseruare et virtutes numeraliū pres
eruare facit in earū operibus et proprie soluit vinam denegatā et sanat
epilenticos et insensatos et confert elephantia crosis. Et multi moderno

Tractatus

rum de nobilibus et maxime de prelatiſ faciunt bullire petias auri in coquina eorum ſumenda. Et aliqui recipiunt in panellis cum electuarijs. Et alij in limatura ſicut in confectione que dicitur dyamargariton in qua intrat ytriuſq; auri ſcilicet et argenti limatura. Et quidam intuntur tenere fruſtra auri in ore et ſalinam deglutire. Et quidam alij conuertunt in aquam potabilem et ſufficit in modica q̄ritate. Et eſt ipſum vinum preſeruatium ſanitatiſ et prolongationiſ vite vr difficile ſit credere. Et quidam aliter et aliter diuerſiſ reſpectibus ſicut diuerſe ſunt hominum conſiderationeſ. Et quidam aſſiduantur tenere in ore. Et ſi faciūt propter rationem non tamen hoc agunt abſq; ſimilitudine veritatiſ. Nam comperit eſt q̄ tenere argentum in ore tollit ſitim et coralluſ in ore retentus confortat ſtomachuſ et ipſe quidem coralluſ ſuſpenſuſ ad colluſ ita q̄ pendear verſuſ ſtomachuſ prohibet ſtomachi conturbationem. Et erperit ſum q̄ appoſituſ inuat et depoſituſ deficit inuamentuſ. Et ſi appoſituſ inuamentuſ redit. Et breuiter omne vinuſ ſuſcipit virtutem et operationem reruſ que exvirtuantur in eo ſecunduſ moduſ iam dictoſ. Et ad iſta capitula multiplicanda ſufficit ingeniuſ boni artiſciſ et ſcientia ſimpliciū. Et aurum quidem veruſ eſt reſ perfectiſſima temperamento equali compoſitionuſ in tali proportione elementariuſ virtutuſ cui decompoſituſ non eſt ſimile et propter id quod habet de virtutibuſ et proprietatibuſ a natura inſunt ei ex influentia celi ſcilicet virtuteſ anime quoniam ſciſſura facta ex eo non tumefcit et propter perennitateſ ſcientia eſt quaſi ſtella celi quoniam ipſuſ eſt impaſſibile neq; obſcumbatur neq; diſſoluitur et alteratur et eſt quaſi miraculuſ in via nature cum ſit reſ compoſita et elementalīſ. Confortat inſuper et ſincerat ſuper omnia ſubſtantiā cordiſ et minerāſ vite. et palliat lepram et reſfrenat illam proprie: quoruſ operuſ effectuſ non reperitur niſi in vero auro puro de minera creato iuſſu dei. Ideo fallunt in hoc alchimieſ. nam et ſubſtantiā et coloreſ auri faciunt non tamen virtuteſ predictaſ in eo inſundunt. ymmo aduertenduſ q̄ quando recipitur quod ſit de auro dei et non de opere manuū hominuū. Nam illud propter reſ acutaſ et extraneaſ a natura humana que in eiūſ ſophiſticatione inueniuntur et ingrediuntur noceret cordi plurimuſ et vite. Et deuſ benedictuſ creauit illud ad ſalutem humanā videlicet ad neceſſitateſ eiſ miniſtrandaſ opera charitatiſ moderato uſu. Sed ipſuſ propter ipſuſ uſuſ immoderatuſ et priuatuſ et moduſ inq̄ conuertere tota die molitur vanitaſ hominuū qui theſauriſant et ignorant cui congregant ea.

Vinuſ raſpatinuſ.



Vinuſ raſpatinuſ id eſt linguā quadā ſtipricitate mordens et eſt prouocatiuū appetituſ villoſ ſtomachi congregando propter ponticitatem et membrīſ ex calore diſſolutiſ potiſſime in eſtate et colericis et ſanguineis eſt medicina: et ſit q̄ ponantur aliq̄e vue acerbe cum maturiſ q̄n vue piſtantur. Vel quod meliūſ eſt reſeruentur vue et piſtentur cum rapaciſ in aliqua quantitate et immitantur vegeti cum muſto et trahetur aut muſtuſ illud a ſucco et rapaciariſ et granorū vuaruū que ſunt acetoſa cū ponticitate que etiā ſtiprica ſunt cū ponticitate aliaſ ſtipricitate.

Vinum contra obliuionem.



Vinum ad memoriam reparandam et contra obliuiones. R. 33. 3. i. piperis longi galange. añ. 3. iiij. gariofilis cuiuslibet. añ. 3. ʒ. nucis indice. 3. i. et ʒ. fiat puluis et ligetur lente in sacculo et ponatur in vino libʒ. viij. bullienti extra ignem et cooperiat ne respiret et permittatur clarificari et cū opus est assidue nec sacculus deintus remoueat valet etiā ad calefaciendū infrigidatos et hūidos desiccandos et cōtra omnē discrasia fleumatis et vērō sitatē.

Vinum quod iuuat stomatichos et melancolicos.



Vinum in quo 3. x. epithimi bullite fuerint vel esule per noctem mane colatum et bullitum stomatichos et melancolicos iuuat.

De vino eufrasie pro oculis.



Vinum eufrasie ad oculos ponatur de ipsa eufrasia in musto et fiat vinum eufrasiatum. Cuius vsu oculi sensum remouescunt et auferunt impedimentum eorum defectus visus ab omni homine de quacūq; etate sit in habitudine fleumatica proprie siue pingui: et est enim qui permansit nihil videns per longum tempus et infra annum restitutus est ad visum vsu eius. Ipsa enim herba calida est et sicca et habet hanc proprietatem. Et quando puluis eius comeditur cum rubea id est cum rubea parte eius facit idē. Vel de puluere recipiat cum vino et sup̄ sunt testes fide digni et credēdi q̄ fecerunt in seipsis et q̄ nō poterāt legere sine ocularijs et legere postmodū absq; illis in ista subtiliorē. Sed vsus vini eufrasiatum nō habet par in pficiēdo. Et si nimis eēt vinū forte tēperet cū aq̄ fenicli. Et si opus ē addat zuccara alba.

De vino enule campane.



Vinum in quo steterit enula campana per triduum mirabiliter visum clarificat. Vinum cuius tertia pars aque rosarum in quo remollita fuerit turchia prius ter decocta per diem naturalem aut de aloe dissoluta fuerit cū modico zuccaro collirizatum abstergit et mundificat cathicias oculorum confortat et clarificat visum et non permittit humores fluere ad oculos et flatus dispergit et lachrymas constringit.

De vino saluiato.



Vinum saluiatum diuersi diuersimode faciūt quoniam aliqui suspendunt fasciculum saluie in vascello. Aliqui coquunt: sed quocūq; modorum fiat ita q̄ nec corruptum: nec alteratū: sed si in sua permaneat bonitate mirabilis est vsus eius in remollitiōe ginginaz et dolore dentiū ex omotiōe et p̄cipue oīm neruoz et neruozorū mēbrozū et cōfortat mēbra lapsa debilitata ppter abūdantiā aquosi fleumatis sicut in paralisi et hūmōi. Et tēpera in multis hūitib; dolores et p̄tractiones spasmosas aneruoꝝ cū vinctiōe ini decoctiōis eius et aliquotiēs libreti sunt et est res certa et melior q̄ inueniatur in hoc casu. Et valet in epilētia proprie ex causis stomachi et matricis quoniā sunt loca neruosa.

De vino abstersionis faciei.

Tractatus



Unus absterfionis faciei et manus dissoluatur tartarū vegetis albificatū in igne et distillatū per filtrū. et congelatū in bono vino greco permittatur donec clarificetur et de eo lauentur manus aut facies et non tangatur donec exsiccet. Et tunc iterū lauetur cū aqua. Idē facit vinū in quo sic est dissoluta clara oui donec sit currens sed expedit renouare omni secunda die. Usus autē huiusmodi absterfionis retrahit cutē subtiliat pellem sanguinē ad superficiem perducit et corrugationes cutis aufert.

De vino ysopico.



Vnū ysopi virtutem habet diureticā dissol- uendi consumendi et attrahendi. Ponatur de ipso vino ysopato de liquiri. Est em̄ proprie vinum senum et potus eorū. Valet in tussi humida et epilepsia et multo- toriens vsus eius sanat eā maxime in pueris. Et omnia loca humorosa si lauentur cū eo desiccant et sanat: sicut est pulmo et matrit et aperit vias vocales et facit vocem clarā. Est enim herba calida et sicca. Ad idē valet vinum liquiricie et ordeī mundi: et confert asmā. Item vinum limphaticum cum quo dissolute sunt penidie de sero in introitu lecti receptum aperit pectus strictū habilitat ad respirandum: confert tussē et maturat catarrhos. Item dictū vinum ysopi assiduātū sanat ydropicos et caducos proprie pueros.

De vino confortante omnia membra



Unū confortans omnia mēbra principalia et sanitatem eorum conseruans fit de zizibere albo. 3. i. cardamomo domestico. 3. ij. cinamomi. 3. i. macis. 3. ij. coriandri preparati. 3. x. rosarum rub. 3. i. colatum et clarificatum in mundo vase seruetur et vtatur.

De vino ad confortationem totius corporis.



Vnum aliud ad confortationē totius corporis fit de cubebis gariofilis zizibere optimo añ. 3. ij. passularum 3. i. bulliantur in optimi vini. lib. iij. donec veniant ad duas et cum hoc ponantur bullire aque ros. 3. ij. et zuccari: et bibatur ex eo mane. 3. ij. vel minus. Usus autem eius confortat cerebrum et virtutem animalē compescit reuma frigidū perambulatorium et confert omnibus senibus: et valet contra syncopim et lipporomiā id est defectiōnem cordis cū malefactione membrorū et stomachi frigiditate et indigestione consumens superflua humiditatē derelictam ex fructibus seu nutrimento non diuisam: et rectificat colorē faciendo cibum digeri et fieri bonum sanguinē et contra ventositatem et actiones matricis ex frigiditate vel ex nimia humectatione dū naturaliter priuantur a conceptu si bibatur vel pessarietur. valet etiā contra vomitum et contra lenteria et omnem indigestionē. omnia spiritalia membra confortat. Et est vtilissimus vsus eius conualescentibus egritudinibus croncis et frigidis in quibus principalia mēbra sunt infrigidata atq; defecta: et est ryziaca vite et

confert tussī et pectori.

De vino feniculato.



Vinum feniculatum fit proprie de semine ei⁹ valet contra caliginem oculorū excitat ventrem dissoluit ydropicum et caceciam et ego probavi in pueris et inueni verū. Obuiat venenis vel cibis malarū qualitatum et contra tussim et pulmonis causas. Multiplicat lac et sperma: et quando fit cum radice ipsius inuat nefresim et medetur egritudini vesice quoniam purgat materias et soluit mēstrua. Et vinum quide⁹ proprie de eius semine tollit nauseam et sedat lateris dolorem: ventositatem expellit digestionē confortat opilationē ppter sui amaritudinem aperit Splenis et epatis et viscerum dolores placat.

De vino anisato.



Vinum de aniso aperit opilationes meatuum et viarum interiorum et preseruat a colica et ventositate et rectificat digestionem et eructuosam acetositatem tollit vsus ei⁹ et proprie competit mulieribus quoniam aperiendo poros et subtiliando sanguinē atq; calefaciēdo multiplicat lac aquosum: et quando zuccatur est melius et tollit dolorem renū. Et in vitio quod dem renū ex ventositate et arenulis nō inueni festinus remediū q̄ accipio sine vsus istorum electuariorum ante comestionem: scz dyanisi et draganti: nam statim faciunt dolorem quiescere: et mundificando renes adducit arenam per yrinam. Et ipsum quidem vinum potest fieri cū igne et sine igne.

De vino senescensium.



Vinum senescens. hyemali tempore valens multum melancolicis et fleumaticis renes et totū corpus calefacit cruorem emoroydarū tollit: cibum digerit: et bonum colorem facit lumen acuit: canos capillos retardat mentem cōfortat et in opilatione valet vt vera pigra preter q̄ amarescit nec laxat. Quod vinum sic fit. Reci. spice cinamomi carpobalsami xilob. mastice. 3. ij. liquiri. passularum. añ. 3. f. zuccari quod placet et pōt fieri sine decoctione preterq̄ in musto in modū nectaris ponendo species in sacculo in colatorio et reiterare vinum calefactum donec dissoluat clarum et virtutes specierum exvirtuetur in ipso quod scitur per gustum: et hic est melior modus.

De vino estiuo.



Vinum estiuum. i. proprium in estate sumendum est proprie vinum rosatum. Et pōt fieri cum musto de rosis rubeis siccis sicut vinū buglossatum et fit lenius et citius atq; melius. Et sufficit talis modus videlicet in vino potissimē rubeo si permittat in amphora hora comestiois de aqua rosata q̄tum placet sapor et odor et bibatur refrigerat cor mēbra principas

Tractatus

lia confortat et custodit membra ne dissoluantur eorum usus a calore: et dissoluta restaurat: valet contra putrefactiones in febribus proprie pestilentialibus: et ipsum quidem vinum ponit tractatum in regimine sanitatis in colericis: et tempore: et locis calidis. Et est medicinale quoniam valet contra lenterias et dissenteriam et defectum prementie et proprie temperatum cum aqua pluviali valet contra vomitus et syncopim. Valet contra dysoresim. Et assiduatio lationis dentium cum eo confortat gingivas et os redoler: facit bonum anhelitum et faciei latio cum eo facit carnem solidam et coloratam: et quoniam distillatur gutta eius in oculis acuit aciem oculorum quoniam mundificat ratione ne vini et confortat substantiam oculorum ratione rosarum.

De vino ebulato.



Vinum ebulatum id est de granis ebulorum et est laxativum decoquantur grana ebuli quoniam sunt inatura et proprie tempore vindemiarum cum musto et remoueat spiritum ma ebullitiois donec de musto sit tertia pars consumpta et in nocte ponatur ad serenum. In crastinum vero percolato rinz ligneum vel per filtrum quod melius est distiletur: de inde recipiatur quantitas ipsius musti colati: et ponatur in alio musto donec placeat tibi color et sapor mittatur in vase et expectetur donec ea deferuescat: et tunc clarificetur cum clarificatione clare ouorum et in alijs secundum usum illorum qui preparant vina. Ita etiam potest fieri de vinis veteribus si placet. Et est simile in opibus vino de radicibus ebulorum et magis delectabile: sed non sic operosum: et quanto plus sit de virtute dictorum granorum et magis ad spissitudinem tendens tanto magis erit laxativum et semper gustus probationis sit iudicium in commiscibilibus humidi confectio num et de virtute eius reperietur in proprietatibus ebulorum.

De vino alberengi vel allhelzengi.



Vinum alberengi id est vinum de aristologia longa: scilicet de pomis rubeis eius quod secundum aliquos dicitur solatru rubeum: et tempus collectionis eius est tempus vindemiarum cum primo illa sint rubra sicut cera sa plena granis sicut grana ficulini et latent in folliculis et sunt boni saporis cum quadam amaritudine et colliguntur et seruantur in filo per totum annum in folliculis suis et non putrescant neque efficiantur et cum adest tempus operationis accipiuntur de illis pomis duo: aut tria: aut plura: et coteruntur cum bono vino greco: aut alio bono vino: et colatur: et bibitur: et confortat soluitur retentio vine quantuncumque difficilis sit et diuturna et educit mineras calculosam de renibus et de vesica in maxima quantitate visibiliter ita ut manu colligi possit et interpaularum usus eius sanat ab humidi passionibus. Quod si diuturna fuerit egritudo et in senibus saltem cum hoc adiutorio remediatur et pauciores et leniores sustinent passiones. Et fuit tempore meo cardinalis qui iam per quadriduum vine abnegationem passus est turgidus ut vter despatus nullis alijs sibi perficiendis medicinis de consilio patris medici per portum vini humidi soluta est vena in quantitate ut impleret quasi conca vna. Ex quo solo experimento medicus ille cum parua scientia factus est magnus et diues. Et multis quidem deus scientiam dat magnam et aufert utilitatem et reuertit

so et hoc totum est: quod medicus dicitur abyssus multa.

De vino gramineo.



Vinum gramineum dicitur quod fit de radicibus graminis bene loti. Usus eius occidit lumbricos a proprietate purgat renes et vesicam de arenulis: aperit opilationes interiorum res epatis et proprie que fiunt in meseraicis ex cruditate seu adustione et est quod principium in eo statim bibulum mitigat et dolorem immixturarum et podagricorum et arthriticorum convertit et derivat materiam morbi ad vias vine quoniam est radix diuretica temperata propter dulcedinem que est in ipsa.

De vino contra quotidianam.



Contra quotidianam quartanam et tertianam notham: et est digestivum et laxativum: ut quod digerit educere bene possit. Recip. esule. lib. i. epithi. 3. vi. polipodii cinamomi passularum. an. 3. iij. mastice. 3. iij. zedoarii gariofil. an. 3. i. zuccare quod sufficit.

De vino fracto.



Uinum quod dicitur vinum fractum valens febri citantibus sine nocumeto sic fit in tribus vel quattuor partibus aque bullientis posite in ampula ponas pars una vini et ampulla ponas in vase in aqua frigida et refrigeret et secure bibatur hoc enim vinum aperit opilationes et ducit materiam morbi per viam et multum confortat. Et si non biberit vinum naturaliter fermentes panis cum vino loco aque: et utatur eo et veniet ei appetitus bibendi vinum.

De vino dyamon valente ad generationem.



Uinum dyamon id est ad filios procreandos et retinendos in mulieribus proprie pinguis et frigidis et non inveniuntur. Recip. fen. 3. iij. ziberis gariofil. cinamomi. an. 3. i. lemistici spice piperis albi. an. 3. f. galage. an. carui. an. scrup. ij. cum zucaro fiat nectar et usus eius sit proprie in hyme et limphetur cum aqua passularum: vel liquore: vel cum aqua zuccarata donec commode colari possit quoniam est calidum valde.

De vino aqueo ad decipiendum infirmos.



Vinum aqueum ad decipiendum infirmos orificium ampule plene aqua digito supposito obturetur: et in tenendo intro mittatur in vas plenum vino rubeo et odorifero: et cum in fundo vas sit locata fuerit digitus eleuetur: et ita teneatur diu sub vino: et cum extrahi debet simili modo cum digito supposito extrahatur et servetur et erit aqua habens colorem vini cum modico sapore cum quo infirmus decipitur.

Vinum yringorum.



Vinum yringinum. id est de yringis que est calatrapia est secretum quod vini decoctionis eius addito zucaro statim stragurias soluit. Et proficit usus eius in via generationis et auget materiam

Tractatus

De vino mellito.



Vinum mellitum sic fit. Permittuntur morari vuae dulces albe in vite ad solem eleuatis folijs donec passentur et tunc exprimitur mustum ex eis et reponit: et peruenit dulcissimum ad spissitudinem tendens. Quam dulcedinem suscipit ex magna digestionem a sole facta et est nutritibile et generatium crassici et delectabile: maxime tempore hyemis. Et quidam aliter bulliunt passulas in vino bono in aliqua quantitate donec fiat bene dulce: et reponitur in vase ubi mustum poni debet et addit passulas pistatas et virtus earum transit in vinum: et ipse vuae resident cum fecibus: cuius quicquid modus est bonus.

De vino gariofil.



Vinum gariofil. tantum cum suspensione gariofil. in sacculo positorum pendent in musto infra vegetem: sed est vinum nimis desiccatum: et habet virtutem dissoluendi: consumendi: desiccandi: et attrahendi: et valet contra asina antiquum et tussim senum putredinalem et contra epilepsiam et syncopim et confortat digestionem et retentiuam et facit anhelitum odoriferum zucarum autem et liquiritia minuunt de siccitate eius.

De vino aromatico.



Vinum aromaticum fit per suspensiones rerum aromatizabilium suspensarum in sacculo in vase continente vinum vel mustum. Et erit odor et virilitas secundum genus rerum aromatizabilium sine frigidatum sine hoc sine illud.

De vino granato.



Uinum granatum est duobus modis aut in colore granorum granatorum: et illud fit aut per commixtionem vuarum nigrarum ad albas: aut fit per commixtionem et conuersionem musti super vnas iam expressas et morando cum eis per triduum postea extrahendo sic fit communiter in prouincia: et est bonus modus et sunt frigidiora vina et magis confortatiua et meliora pro estate quoniam habet frigiditatem et stipticitatem qua confortantur membra et extractione illa super racemos a granis corticibus vuarum qui frigidi sunt et stipticitatem faciunt. mora ergo operatur ut contrahatur de virtute illorum et immisceatur vino. Fit et alio modo vinum granatum de vino albo quod est vinum medicinale: et proprie vinum pro estiuo et estuatis et laborantibus de calore et calefactis: et distomacat lyentericis et colericis: et oportet quod recipiantur moderato vsu: et quando etiam quod necessitas requirit et de consilio periti: et ita obseruandum est in qualitate et remedicali ut dixi quoniam res medicinalis est habens mensurationem secundum morbi extensionem et remissionem. Sumantur ergo granata granatorum proprie magnorum: et fiat de eo sicut diximus in vino de granis ebulorum et illud secundum me pre ceteris alijs modis colando et teneo me

liorem. Et quidam seruant poma granatorum et cum volunt ieiuno aut in comestione vti vino cum virtute granorum exprimunt grana per lintheum mundum in vase: et imponunt vino bibendo sicut placet.

Et melior modus est conseruare poma quod succum in ampulis quoniam in ampulis de facili recipit corruptionem. Verum ad vtrumque remedium ut in sua per totum annum seruetur integritate. Super vino autem granatorum posito in ampula seu phiala vitri superponatur oleum collophiale in altitudine trium digitorum et sine corruptione seruetur. Poma autem exsiccentur ad solem et cum exsiccata fuerint in aqua feruenti subito immergantur et extrahantur ab ipsa aqua et ponantur in loco non humectoso et a corruptione remoto isto modo sine dubio conseruantur. Sunt et alij qui tota estate singulis diebus mane ieiuno stomacho comedunt vnum vel medium pomum granatum et superbibunt mensuram optimi vini et expectant a cibo usque ad conuersionem eius et dicunt preferuari a febribus pestilentialibus estuosisque epidemia et aeris corruptione et non posse coleram augmentari. Et ego laudo hunc modum propter delectationem que est in actu vtroque. Et iste modus intrat regimen sanitatis cum hijs que habent fortes stomachos et sunt parati ad egritudines calidas et putredinales desudationes et variolas et qui timent corruptionem aeris et ignis et pestilentie. Et quidam puluerizant de zuccaro et recipiunt grana cum cocleario et est bonum et valet usus eorum. Vnde vinizatum quod est multo melius quoniam ipsum vinum est in numero eorum que est cibus et potus et attingit preter hoc ad sanitatis preservationem. Sed usus exsiccantium homini sano est nociuus cum acetum recipiatur per viam medicine non per viam cibi. Et ego multoties multos curavi leniter et breuiter de calefactione et effimera propter occursum rerum calidarum ut yctericiam et sincopim et opilationem de calida causa ministrando grana granatorum in cocleari cum dyarodon et tria sandaliz rosata nouella simul mixtis. Et deus scit quod non inueni melius ac citius et breuius remedium ad rectificandum epar distemperatum quocumque modo de calida et consequentia propter accidentia. Vnde sepius pallores faciei et discoloratio generatur sicut dare circa principium tertie et circa finem prime digestionis coclearium vnum de mixtura istorum trium electuariorum etiam sine potu et palliditas siue discoloratio non generatur nisi ex defectu tertie digestionis que est in epate in quo fit generatio sanguinis et humorum sequestratio. Sed hec requirit differentiam que est quando accidit propter caliditatem eruberantem aut frigiditatem ex hoc in toto corpore expressam aut circa instrumentum ipsius tertie digestionis quod est epar. Aut in eo: et hoc discernitur ex signis vane maxime et perceptione patientis et confectio predicta in calida habet locum in frigida vero dyanthos et rosata nouella et in omnibus remediandum vix: nam quicumque magis scit magis proficit scilicet qui egritudinum curas per signa et simplicium et compositarum rerum naturam melius nouit et cum hoc sue ratiocinationis operationem et propinquiores veritati dirigit cum ymaginatione facti hic melius et lenius et citius curat et natura quod dem vniuersalis non paucis principijs operatur mirabilia et innumerasabilia et bono medico et ingenioso pauca sunt necessaria.

Tractatus

De vino contraventositatem et tussim.



Vinum contra ventositatem et tussim et asma. In ipso enim vino intrat virtus anisi feniculi et liquiri. Ita quod liquoricia in duplo eorum fit et assidue bibere.

De vino aquatico.



Vinum aquaticum est vinum sanctissimum. Et cognouimus magne auctoritatis qui non utebatur alio vino et pro infirmis non est aliquid melius. Nam fit unio corporalis et visualis vini et aque et amittitur de fumo vini et furore eius propter aquam. et alteratur naturalis frigiditas aquae et humiditas. siccitate et caliditate remittitur caliditas vini et siccitas frigiditate et humiditate aque: ita ut fiat res temperata et est res temperata et est cautela ut bulliat vinum cum altero prius ut melior fiat permixtio et sit aqua bona fontis vini et inde extimatione premissum est apud vulgum vinum potandum temperetur antequam ad mensam portetur et error magnus est. approbatur maxime apud prelatos et dominos ut aqua vino cum bibere volunt imponatur ex quo conturbatio ventositas et indigestio generatur. Et de actionibus non inueni nisi alexandrum qui caueret in hoc passu. Et causa impedimenti digestionis est sic diuersitas assumpcionum pro eo quod nequit unita digestio celebrari. Cum autem qualitates que erant contrarie vini et aque fracte sunt et etiam permixtae adinui cem quia iam passa est aqua a vino et facta est remissior in sua frigiditate et humiditate et vinum in caliditate et siccitate facta est res temperata magis apta digestionis et incorporationis et ostendit ad locum huiusmodi. Exemplum quia cum aqua vino commiscetur videtur manifeste fieri motus inter ea et ascensus vini et descensus aque tanquam contrariorum repugnantium ad se invicem commisceri cum primo aliquid steterit effecta permixtio et quiescit et tunc est tempus bibendi.

De vino cui datur odor et sapor in momento.



Vinum cui datur odor et sapor in momento et est curiosum maxime pro curijs seu conuiuijs regum et dominorum qui volunt se ostendere et habere mirabilem diuersitatem vinorum propter quod est ad honorem et utilitatem etiam quoniam per hunc modum potest etiam vinum ad multas res medicinales secundum virtutem rei que sibi applicatur. Et modus est brevis et est talis. ponatur in aqua vite herba vel species aromatica quam delectat per diem naturalem et virtus illius rei erit ex corporata in illa aqua dicta et erit sibi sapor et odor illius et de illa aqua ponatur medicus in vino bibendo et erit vinum in sapore rei apposite in aqua vite.

De vino laxatiuo et mundificatiuo.



Vina laxatiua et mundificatiua sanguinis fiunt cum rebus scilicet illa proprietatem habentibus. Et ut sufficiat unum modum pro omnibus. Bulliat in vino res purgantes coleram et melancoliam: vel fleuma vel sanguinem mundificantes secundum bonum medici considerationem: deinde addens decoctioni colate et

clarificate aliqd de mellevl' zuccaro sicut cōditio aut saporitas rei q̄ requiritur ad delectationē rei recipientis: et posito aliquo de aromatizantib' in sacculo coletur sicut claretū et seruetur et recipiat sicut oportet. Et est medicus q̄ ponit turbith' in vino sine igne ad solē in fiala per tres dies frequenter mouendo phialā et excoorporatur virt' turbith' in vino: et si deficiunt pone in eo vino de puluere zuccari. Si administras etiā de ipso vino podagricis defrigidat ipsos multū inuat seu liberat. Et sic q̄ de reubarbaro ezula elleboro: et alijs spēb' laxatiuis fieri posset. et certe mod' curiosus et pulcher est.

Clinū quod aufert vētositates et cōseruat fetū in p̄gnatib'.

Uinum quod aufert ventositatem et abortum a pregnante et conseruat fet' vsq; ad temp' cum omni auxilio. Rec. seminis apij mēte sicce ameos. añ. 3. ij. mastice gariof. cardamoi rosarum rubearū maiorum. añ. 3. i. cinamomi cap' par excoctis castorei zedoarij vis illirice. añ. scrup. ij. zuccare ib. ij. fiat de eis claretū addito melle q̄rū placent. Et vtatur eo modicum mane et sero. Et potest etiā fieri electuariū de eisdem csi de sero cubat super mat scrup. i. cū bono vino immiscēdo quod melius est. Cōfortat enim ligamenta et virtutē retentiā adinuat ad ferendū onus creature et sterilē propter ventositatē aut frigiditatem vel humiditatem vel matricis superfluam humorositatē. propter quod specialiter frequenter culpa sterilitatis accidit. Hābiliter etiā ad concipiendū deo dante.

De vino constringente fluxum ventris.

Uinum nobilissimū quod constringit fluxum ventris et confortat stomachum fit de succo citoniorum depurato cum vino et aqua rosata.

Explicit tractatus de vinis.

Incipit epistola de accidentibus senectutis et senij.



Domine mūdi qui ex bīna stirpe nobili originem assumpisti: altissimus deus vestram clementiam et sanctitatem ad omnia optata faciat peruenire. Cogito et cogitavi temporib' multis vestre altitudini complacere ascendī in altum et inueni rem difficilem et sepe fallibilem ad iudicandum rimatus sum viscera terre et inueni ibi vanitatem et temporis perditio nem reduxit me fortuna in medium forte propter mediocritatem mei animi et in eo inueni tres doctrinas p̄ncipi necessaria s̄volenti longo tempore dominari. Quarum vna docet discernere equū ab iniquo et iustū ab iniusto et ius suū unicuiq; rectissime exhibere. Et hec p̄seruat p̄ncipē in sua lege et hoīes naturales in bono statu

t. iij

De regimine

et pace vt domino suo non aduersentur sed semper ei seruiant et ipsuz d
ligant toto corde. Alia docet sanum in sanitate regere et egris reddere sa
nitatem : et hoc inuenitur licet imperfecte in libris scientie medicine . Et
ideo sequentes eius operationem propter ipsius doctrine defectum et in
tellectum occultum errare sepissime consueuerunt. Tertia scientia est di
ficilior et obscurior de qua parum peruenit ad nos eo q apud caldeos e
greos parum habetur vel quia ad eos non peruenit: vel quia sepulta fu
it ab antiquis: et de hac intentione intendo componere vestre altitudin
sermonem minime consuetum vt altissimus deus conseruet in vobis co
poris vires et thesaurum sapientie vsq ad terminum naturalem quem
ipse in sua posuit potestate. Et in eo sermone inuestigabo doctrinam que
docet hominem defendere ab accidentibus senectutis et senij ne veniant
ante tempus. Et si venerint quidem omnino partim docet penitus reme
nere et que cum tempore venire debent docet absq lesione aliqua per spa
cium temporis retardare: nam quedam ex his diminunt microcosmum
a decore : quedam ab operationibus humanis vt nec sibi nec alijs vltteri
proficere plene potest cum suum terminum sic festinat et non solum acci
dentia senectutis aliquando accidunt iuuenibus sed senij semibus acci
dunt tota die : et sic ipsi amittunt ex negligentia regiminis et ignorantia
proprietatum rerum quod natura eis diligentissime ministravit. Nam do
nec homo absq accidentibus senectutis et senij consistit: nec decore sensus
et intellectus: nec virtutes animales in eo et corpore minuuntur et q pre
dicta inuestigatio sit possibilis sapientes duas vias ad hoc consequendi
nobis ostendunt. Quarum vna est per regimen sanitatis tradita sapien
tibus: vt Auic. testatur in prohemio sui regiminis vbi dicit ars custodien
di sanitatē a duabus rebus securitatem prebet homini et cetera . Alia est
proprietates quarundam medicinarū que ab antiquis fuerunt occultate de
quibus dyascorides loquitur testante haly supra regni galieni dicente cir
ca finem possibile est vt sint medicine aliquę que prohibeant hominem a
velocitate senectutis et frigore et siccitate membrorum et per illud elonge
tur vita hominis. Item dicunt q illi qui diu vixerunt vsi sunt medicinis
quibus prolongata est vita eorum quarum cognitio non peruenit ad gre
cos et in libro preteriti in capitulo de mulso legitur q diuus august⁹ in
terrogauit quedam qui longo tempore vixerat quomodo vires corporis tot
temporibus cōseruauit. Responsum est ei posui oleum exterius et mulsum
interius : sed hic sermo occultam habet interpretationem quia cum di
xit oleum exterius intelligitur sicut sonat et qualiter hec inunctio fieri
debet dicam in capitulo de his que animale virtutem excitant. Sed cū
dicit posui mulsum interius idest nutritentia in caliditate et humiditate
temperata: quia mulsum est res temperata que de aqua et melle fit dum
modo proportionetur secundū quod conuenit. Et filius principis abolay
dicit in secūda parte sui libri q vsus carnis cuiusdam serpentis prolon
gat vitam et confortat virtutem et conseruat sensum et inuenturē. Item
dicit Auic. in quarto cañ. in sen. decorationis q si. 3. i. dragaganti rubei al
ba calay potest depilare canos et loco eorū facit nigros renasci: et in multis
alijs locis inuēi philosophos et alios sapientes de hac intētiōe loq lenit
tū transeūdo: nec inueni ab eis traditū in hac intētiōe totū qd necessariū
esse debet: et ideo de hac materia rescripsi vre altitudini doctrinā spālem.

Postq̄ vero sic est oportet vos subtiliter inuestigare que antiqui occultas
nerunt scilicet causas senectutis et senij et eorum accidentium que quan-
doq; cum tempore quandoq; ante tempus accidere consueuerunt. Sed se-
nectus et senium et eorum accidentia proneniunt ex debilitate caloris na-
turalis: debilitas autem caloris naturalis prouenit ex dissolutione natu-
ralis humiditatis et ex augmento extranee. Unde quedam sunt que humi-
ditate naturalē confortant et restaurāt et restauratā sincerant. Et quedā
que extraneam humiditatem festinant venire et que iam venit purgant
et consumunt et sic naturali humiditate defensa et dissoluta restaurata et
extranea defensa ab augmento et augmentata consumpta et purgata.
Tunc consequens est: vt calor naturalis confortetur et virtus eius releue-
tur. qui fuit ex predictis incommodis debilitatus et tandem canicies cur-
tis deformitas et lesionis sensus impedimentū quod est senectutis acci-
dens auferatur. Et hec predicta non facit regimen istius epistole nisi con-
seruato regimine senum sanitatis a sapientibus traditum. Quia sapien-
tum regimen est principium istius epistole. Sed regimē est additio et cō-
plementum quod sapientes antiqui occultauerant. Et hec est via per quā
homo defenditur ab accidentibus senectutis et senij neueniant ante tem-
pus. Et post illud venientia retardantur. et per hoc conseruabitur iuuen-
tus et festina senectus retardabitur virtute dei excelsi.

De causis senectutis et de his que causis senectutis obuiant.

De accidentib; senectutis et senij et eorū causis et signis lesionū, sensuū.

De cibis et potibus qui naturalem humiditatem que quotidie resoluitur
conuenientius restaurant.

De his que naturalem retardant humiditatem resolui et restauratam sin-
cerant ne cito resoluatur.

De nutrientibus et alijs rebus que accidentia senectutis et senij festināt
venire.

De his que euacuant et consumunt humorem inducentem accidentia se-
nectutis et senij et canos auferunt et tingunt.

De his que calorem naturalem debilitatum ex naturali cursu nature et re-
solutionis naturalis humiditatis ex augmento extranee confortant et re-
staurant.

De his que virtutes et sensus reparant et confortant et iuuentutem con-
seruant.

De his que animale excitant virtutem et corpora confortant et motum
alleniant.

De his que induunt cutem pulchritudine iuuenili et mundificatione et ru-
bedine et que cutis auferunt corrugationem.

De his que inuant et ledunt sensum id est imaginationem et memoriam.



Quando senescente senescunt homines non
propter mundi senectutem: sed propter multiplicati-
onem viuentium inficientium ipsum aerem q̄ nos
circundat. Et propter negligentiaz regiminis et igno-
rantiam proprietatum illarū rerum que regiminis
defectum supplent ex quorum infectione negligē-
tia et ignorantia calor naturalis ante tempus confis-

De regimine

stendi minui incipit. Et post illud eius diminutio et distemperantia magis acceleratur. ex cuius debilitate accidentia proueniunt senectutis que in tempore consistendi si accidunt possunt auferri et post illud eorum acceleratio potest retardari ut rapidus ille cursus qui fit de senectute ad senium et de senio ad decrepitem non festinet quia circulus etatis plus currit de senectute ad senium una die quam faciat de iuuentute ad senectutem in tribus. et sic de senio ad etatem decrepitam fit. Sed debilitas naturalis caloris fit duobus modis. per resolutionem naturalis humiditatis et augmentum extraneae: quam calor innatus in humiditate existit naturaliter et ab augmento extraneae humiditatis extinguitur quam prouenit ex debilitate digerendi: ut auicenna in primo canon. capitulo de complexionibus. Sed cause resolutionis naturalis humiditatis et augmentationis extraneae per quas calor naturalis debilitatur sunt multe: ut in hoc capitulo declarabo. Sed resolutio naturalis humiditatis accidit ex duabus causis. prima est aer circumdatus qui materiam desiccatur et calor innatus qui intrus est ad hoc adiunat: quia ipse est causa extinguendi seipsum eo quod suam consumit materiam sicut ignis lapidis extinguitur cum oleum suum consumit. Secunda causa est labor pueniens ex motibus corporeis et animalibus qui sunt necessarii in vita ad resistendum illi tori: ut ait auicenna in capitulo de complexionibus etatis et generum. Morus animales sunt accidentia animi. Morus corporei dicuntur quibus corpora mouentur: alterantur: et mutantur a causis necessariis male mensuratis. Sed ex augmento extraneae humiditatis et humoris extranei fit duobus modis scilicet ex usu cibariorum et rerum generantium innaturalem humiditatem et precipue flegmaticam et que sunt illa inferius dicam in capitulo de nutrientibus et rebus que accidunt senectutis et senij festinant venire. Aliomodo fit ex indigestione ex qua generatur humiditas innaturalis et humor putridus. Nam digestio est radix generationis innaturalis et naturalis humiditatis. que cum est bona bona: mala mala generat humiditatem: ut galienus in regni. et auicenna in quarto canon. de rebus que canicem retardant. Nam ex cibis male digestis malus humor generatur: et ex cibis qui naturaliter generant malum humorem bene digestis bonus humor aliquando generatur. Et nota quod non solum flegma appellatur humiditas extranea: sed omnis humor extraneus putridus: ut auicenna de complexionibus etatis. Sed flegma extraneus est omnibus extraneis humoribus deterius. Nam ipsum innat ad extinguendum calorem naturalem duobus modis. Unum modo suffocando et altero qualitate obuiando. Et rasis dicit in capitulo de inuamentis ventris solutionis quod hec humiditas generatur ex errore nutrientium et ex dicta negligentia et corporis intemperantia. Et per hanc dissolutionem naturalis humiditatis et augmentum extraneae inueteratur homo. que inueteratio fit duobus modis ut dicit aristoteles in epistola ad alexandrum. vno modo ex naturali cursu nature et cum tempore paulatim et successiue: et post tempus consistendi post quod caliditas naturalis minui incipit necessario et tempus illud incipit post etatem quadraginta quatuor annorum vel quinquaginta annorum ut auicenna in cap. de complexionibus generum et etatis. Aliomodo inueteratur homo ex necessitatibus et curis pessimis et hoc fit per viam dissolutionis naturalis humiditatis. et fit taliter. Nam diuturne egritudines et mala accidentia dissoluit et desiccant naturales humiditates que caloris naturalis est fomentum. humiditate desiccata et dissoluta calor naturalis debilitatur et infrigidatur: eo debilitato et infrigidato virtus digesti-

na deficit: et ideo cibaria indigesta permanent ex quorum indigestione naturalis humiditas desiccatur et extranea augmentatur: et sic membra nutrimento carentia in frigidantur: desiccantur et consumuntur: quia non nutriuntur: ut dicit ysaac in libro febrium. Sed queritur que sit ista humiditas et in quo loco est a qua calor naturalis nutritur quod est eius fomentum. Hec humiditas est in caliditate cordis et in venis eius et arteriis: ut ysaac in predicto libro capitulo de ethica. Preterea in membris sunt humiditates diversarum specierum de quibus sunt humiditates parate ad nutriendum et humectandum iuncturas. de illis ergo est illud quod est repositum in venis. et illud quod est repositum in membris sicut ros ut ait in quarto canon. cap. de ethica et forte sapientes intendunt quod omnes istae humiditates sunt fomentum caloris naturalis: et precipue illa quod est in corde et in arteriis et venis eius: quia restauratur per cibum et potum eucharistiam et clarificatur per medicamina accepta pro eis et humiditas membrorum per medicamina extrinseca sicut minutiones et balnea etc. postquam vidimus de causis senectutis videndum est quod ipsis obuiant causis de quarum obuiatione sapientes duas tradiderunt doctrinas quarum una est scientia regiminis. Alia scientia est proprietatum quarundam rerum quas antiqui occultauerunt: et qualiter sit per regimen Aui. docet in principio sui regiminis sanitatis dicens ars custodiendi sanitatem a duabus rebus securitatem prebet homini scilicet a prohibitione penitus putrefactionis et defensione humiditatis ne cito dissoluatur: que defensio fit per regimen restauratiōis quod fit in corpore loco eius quod resoluatur secundum quantitatem possibilem: et per regimen prohibens dominum causam siccitatem accelerare facientium exceptis causis quod faciunt siccitatem debere esse. Et aliud fit per regimen custodiens a generatione putrefactionis: et ob hoc dicit aui. quod regimen sanitatis facit hec predicta et loquitur per synodochem: quia quod est prius attribuitur toti: et gerit vicem persuadentium: ut attente intendamus omnes studentes huic scientie regiminis: et sic solum regimen sanitatis traditum a sapientibus non facit hoc: sed partit. Sed una cum regimine istius epistole retardat hoc totum quod supra dictum est. Altera doctrina est quod defendit corpus alterari cum usu quarundam medicinarum quas antiqui occultauerunt quas res omnes in cap. regiminis istius epistole declarabo. Sed regimen sanitatis sapientium cum regimine istius epistole non concordat: quia regimen sapientium docet regere omnes etates: sed regimen epistole docet regere senes et seniores et decrepitos tantum. Preterea regimen sapientium senum et seniorum est principium: sed istius epistole est finis et complementum et unum absque alio parum proficit. Nam doctrina regiminis sapientium precipit obuiare causis senectutis cum mensuratione sex generum causarum necessaria rerum quod conservant corpus et mutant et sic iste casus sunt complementum sanitatis et in firmitatis quod qui administrant in quantitatibus et qualitativis et usu earum secundum quod oportet conservant sanitatem et quando non administrant secundum quod oportet et transierint in illo faciunt accidere egritudinem quam perseverat transire et multiplicatur. collige hoc in reg. Ba. cum expositione haly. ibi ubi tractat de regie sanitatis sex mensurationum harum causarum complete fieri non potest ita quod non excedat ultra vel citra quod sapientes plures preceperunt fieri quod in actu deduci possit: quia intelligentia est operatio subtilior et sic mensuratio completa illarum causarum est impossibilis nisi in corpore meliori: formatum in quo natura mensurat quod hodie non de facili invenitur sed regimen epistole in quo sunt medicinie occultate ab antiquis de quibus Dioscorides loquitur supplet defectum mensurationis illorum sex generum causarum secundum possibilitatem rerum mensurararum.

De regimine

Quis enim aerem infectum a vaporibus putridis delatis a ventis vitabit. Et quis cibum et potum mensurabit et somnum et vigilias et motus et quietem et illa que fluunt et retinentur et accidentia anime quin excedant ultra vel citra ita quod corpus non mutetur ab his nullus. Necesse igitur fuit ut antiqui vterentur medicinis que defendebant corpus alterari ab his causis administratis et secundum mensurationem possibilem supplerent defectum causarum secundum possibilitatem mensuratarum. Et ergo collegi vestre altitudini ex libris sapientum et ex reuelatione diuina regimen istius epistole quod est complementum regiminis sapientum vsus cuius defectum supplet et defendit naturalem humiditatem dissolui et extraneum augmentari in tempore consistendi et post tempus illud defendit eorum dissolutionem et augmentationem accelerari ex quibus incommodis calor naturalis debilitatur. ex cuius debilitatione senectus et eius accidentia habent pronenire: sed vsus istius regiminis epistole non prodest negligentibus doctrinam regiminis sanitatis sapientum et precipue in regimine quod debet fieri post tempus consistendi. Quare ergo sapientes scripserunt regimen sanitatis et proprietates rerum que sunt in hac epistola penitus dimiserunt cause sunt multe quarum vna est quia magis necessarium fuit quam scientia que non potest sciri absque magno labore et subtili ingenio a sapientibus traderetur quam illa que a legente taliter qualiter potest fieri. Preterea regimen sapientium docet regere omnem etatem: omnem complexionem: et omnia membra: preter tria instrumenta sensuum occulta. et omne esse hominis et omne corpus sanum. Sed regimen epistole non docet nisi supplementum regiminis senum et seniorum quod antiqui non scripserunt sapientes. videlicet defendere senem ab accidentibus senis. et senem ab accidentibus decrepitate etatis: quia non inueni scientiam perfectam inuentam et completam ab aliquo sapiente nisi in senectute: ut liber principis philosophorum ad alexandrum testatur: quia in illa etate ratio est valde clara: licet memoria sit aliquantulum diminuta in non vrente: sed in quibusdam istarum medicinarum de quibus sum locutus loquor in epistola hac in experientia et vsu: et in quibusdam non: quia non est possibile cuilibet homini experiri et vti in rebus omnibus eo quod tria contradicunt. scilicet sumptus: et potentia: et fama vulgi. inter que faciam mentionem de vi rerum sermone occulto que inter alias res quas in hac epistola scribam obtinent principatum. Quarum vna iacet in visceribus terre. altera natat in mari. tertia repit terram. quarta vegetatur in aere. quinta assimilatur medicine que egreditur de minera nobilis animalis. Sexta egreditur de minera animalis longevitate: et ideo sermone occulto de his loquar attendens preceptum principis philosophorum ad alexandrum dicentis: qui omnes occultas proprietates detegit est transgressus: quandoque diuine legis. Preterea dubitavi ne ad manum infidelium deuenirent quod esset indignum: quia omnes qui querunt legem diuinam subijcere sub posse proprietatibus illarum rerum que plantis animalibus lapidibus diuinitus sunt collate non debent recipere inuamentum: sed supradicte res indigent preparatione quedam electione. nam in quacunque re altissimus deus posuit proprietatem et inuamentum ibi posuit nocumentum in contrarium per custodiam. ut in tyro: et elleboro: et auro: ut nullus ex his operationem nobilem et sublimem consequi possit.

Preterea ubicumque altissimus deus posuit proprietatem ineffabilem ibi quam
 posuit similitudinem: ut quilibet homo clari intellectus suam cognos-
 ceret operationem. Nam plurime res faciunt quod ostendunt vel suam for-
 ma: vel materia: vel suam essentiam: vel suo colore et durabilitate et corruptio-
 ne. Nam id conseruat quod diu conseruatur: et id corrumpit quod cito corrumpi-
 tur et id facit ad cuius similitudinem res quelibet denominata est et formata
 et hoc est quod antiqui occultauerunt: et adhuc nostris temporibus est occul-
 tatum nisi vir in speculatione sapiens et in operatione longo tempore sit
 expertus. Et nota quod ex quibusdam rebus et medicinis predictis potest sepa-
 rari virtus a suo corpore ut de omnibus medicinis que sunt ex plantis et ani-
 malibus et ex quibusdam separari non potest velut de omnibus illis que sunt
 spisse substantie: ut metalla: et que sunt de genere lapideum ut coralli iacincti
 et similia: et hec sunt subtiliter terende in ultimo et proprie cum volutas no-
 stra est ut perueniant ad finem elongationis: ut auicenna in secundo caso. de
 iudicijs quarundam medicinarum extrinsecus. Sed hec contritio non potest
 fieri in metallis nisi per combustionem: et hoc est quod credo ait auicenna in
 capitulo de lepra et argento et auro facere in quinto caso. in confectione de
 iacinto. Sed quidam alij preceperunt soluere medicinas spisse substantie
 ut aristoteles ait testante ysaac in gradibus capitulo de margaritis dicens
 vidi quosdam homines eliquasse gemas de quarum liquore albe morpheee los-
 te plene curate sunt. Sed medicamina subtilis substantie ultimo non sunt
 terenda: ut ad aliam non conuertantur operationem ut galienus dicit de cym-
 no testante auicenna. Quedam autem istorum medicaminum sunt laxatiua que-
 dam confortatiua. Sed de quibusdam laxatiuis potest separari virtus a
 corpore et de quibusdam non separat: ut ab omnibus rebus asperis auicenna
 dicit in capitulo de scabie: quod ipse precepit in capitulo de regulis soluti-
 onis ventris et vomitus quod necesse est in quibusdam regionibus et complexionibus
 ne medicinarum corpora ponderent. Sed virtutes earum tantum. Et rasis
 in capitulo de simplicibus laxatiuis precipit de mirabolanis facere decoctio-
 nes et syrupos in quibus sola virtus solutiui et confortatiui remanet
 Et hoc ideo precipiunt sapientes ut natura deponet medicamen ad loca lo-
 ginqua: ut excludat inimicum nature sicut iohannes damascenus precipit in
 medicina que facta est cibum: quod earum virtus absque corpore plus operatur
 sola quam iuncta cum suo corpore in hac nostra intentione: quod calor naturalis
 fatigatur in separando virtutem rei a corpore quod est durum terrestre et eo
 fatigato debilius portabit virtutem ad instrumenta sensuum: ut ea possit de-
 opilare et superfluum destruere humiditatem et ad membra quarte digestio-
 nis currere ut virtutem digestiuam carnis et cutis confortet ex quibus debili-
 tate proueniunt quedam accidentia senectutis ut patet in morpheea. Prete-
 rea calor naturalis nostri corporis non est semper potens in omnibus medici-
 nis separare virtutem a corpore suo terrestri. Sed cum virtus sola dat abs-
 que corpore calor naturalis non fatigatur nec virtus medicine destruitur a dige-
 stionibus in deponendo eam ad membra similium partium et instrumenta sen-
 suum: et ita virtus rei suam operationem complebit calorem naturalem non
 fatigando: et cum hoc concordat galienus testante ysaac in cap. de lepra di-
 cens nullum vidi hominem infectum curatum nisi biberit vinum in quo cecide-
 rit vipera. Et iohannes damascenus in suis amphorismis oportet ad pur-
 gandum intra pulsos humores ut medicina in similitudinem cibi conuer-
 tatur

De regimine

tatur per ingenium et arbitrium medici. Alius dicit oportet medicinam quod ad tertiam transit digestionem quod antequam recipiat et secundum quosdam cum re conuertibili: sicut est lac et ius gallinarum.

De accidentibus senectutis et senij et eorum causis et signis lesionum sensuum.



Accidentia senectutis et senij sunt hec: canicies: palliditas: et cutis corrugatio: debilitas virtutum et virium: diminutio sanguinis et spirituum: lippitudo oculorum: multitudo muscillaginis: exscrea⁹ putridus: debilitas anhelitus: insomnie: ira et inquietatio animi: lesio instrumentorum sensuum in quibus virtus animalis operatur. Et de omnibus videamus et ex qua occasione quodlibet accidens habet provenire: notato tamen quod quedam ex predictis accidentibus accidunt in tempore consistendi: quedam senibus necnon predicta omnia in senibus possunt provenire: sed quando accidunt in tempore consistendi: tunc predicta accidentia non dicuntur senectutis accidentia: sed infirmitates et remouebuntur tanquam egritudines que omnibus etatibus accidere consueverunt. Et principalis causa omnium predictorum accidentium est debilitas caloris naturalis que fit duobus modis ut superius dictum est. Canicies contingit ex flegmate putrido egrediente a stomacho vel a cerebro ut ysaac dicit et non solum videtur hoc accidens ex solo flegmate putrido: ut anicenna in capitulo de complexionibus etatum: sed hic humor putridus generatur multis modis. Unus est ex usu quarundam rerum que humorem putridum inducunt: item caniciem generat ut infra inuenies capitulum speciale. Alius est ex debilitate caloris naturalis qui exit a corpore et abundantia frigoris ut aristoteles in fine libri de animalibus. Nam calore naturali debilitatur cibus prius natur digestionem et tunc humor putridus inducit hoc accidens ut haly praeterea regni. scilicet ubi tractat de regimine senum. Et quandoque hoc accidens contingit in pilis et capillis: et tunc difficile est ad remouendum postquam venit: sed est nimis difficile ad defendendum ne ante tempus veniat. Item dicit aristoteles in loco supradicto quod pili cooperti citius canescunt quam discooperti: nam coopertorum prohibet ventum et ventus precipit putrefactionem. Item pili temporarius canescunt citius quam posteriores: quia in parte anteriori cerebri est plus de humiditate ideo citius putrefit. Et quandoque provenit canicies ex infirmitate cutis ut in morphea et barras etc. Et tunc accidit ex debilitate caloris illius membri: nam cibus pervenit ad quodlibet membrorum et digeritur a calore naturali illius membri et a virtute digestiva illius membri. Cum ergo ille calor debilitatur corrumpitur ille cibus et tunc accidit membro infirmitas et occasio. Item dicit quod quandoque accidit quod multi infirmantur propter quam causam pili canescunt et post infirmitatem reuertuntur ad suam dispositionem: et causa eius est debilitas naturalis caloris in decoctione cibi et in membro et quando sanitas reuertitur nigrescunt pili: et ille erit similis seni qui mutatus est et factus est iunioris. Sed anicenna dicit in quarto de dispositione pualescentium quod ideo capilli albescunt: quia privantur nutrimento: eo quod erit et spargitur humiditas innata que facit nigredinem: sicut accidit segetibus quando deficcantur albescunt. postea quando portatur aqua redit eorum viriditas: et ita quando dispositiones bone sunt redit

nigredo et hoc non potest accidere nisi in etate persistendi. Preterea in unoquoque membro existit virtus naturalis secundum complexionem eius quam convertit nutrimentum in similitudinem membri: sed diuersa virtute in similitudinem alterius si non bene permutat. Ex hac diuersitate puenit infirmitas in cute: ut auicenna in primo canon. de virtutibus naturalibus. Item quando cutis virtus et membrum est debilis corrumpit naturam et complexionem nutrimenti eius quod in ea penetrat et in illo nutrimento corrupto corrumpit et convertit omnem nutrimentum quod venit ad illam materiam ad naturam suam sicut bona complexio pervertit materiam corruptam ad rectificationem et facit eam puenientem velut narrat. B. testante auicenna in capitulo de morphea quod est quedam arbor que mutatur de venenositate ad comestibilitatem ex transplantatione sicut arbor que est in persia cuius fructus sunt venenosi cum transplantantur in egypto sunt comestibiles et si iterum transplantantur in persia redeunt fructus ad venenositatem. Et propter predictam causam fuerunt inuenta medicamina que ponuntur in exterioribus sicut infusiones et laniationes etc. Nam talia medicamina sunt magis propinqua in curationem egritudinum puenientium ex nocumētis quarte digestionis quam intrinseca quia virtus medicinarum sumptarum intrinsecus fragitur quamquam a prima et secunda digestionem quam cum puenit ad quartam operatio eius iam fracta est ita quod non potest ut vult auicenna in cap. de lassitudine ex se veniente et sic infusiones possunt virtutem quarte digestionis. Et est verum quod medicamenta exteriora sunt magis propinqua interioribus humore purgato vel humore non peccante in interioribus. Sed quando humor peccat primo debet corpus ab humore nocivo complete purgari: deinde caro et cutis cum puocatione longi sudoris mundificari. Tertio virtutem membri possunt: quia nisi virtus membri confortetur et ad suam naturam reducatur humor regenerabitur et precipue quando melancholici humores inferunt lesiones. Sed ad purgationem humoris corrupti in quarta digestionem dixerunt quidam quod sola virtus laxativorum debeat exhiberi absque suo corpore: quia virtus separata a suo corpore citius ad locum quarte digestionis penetrat quam cum suo corpore sine caloris naturalis fatigatione: nam virtus solutivorum plus opatur sine corpore quam cum corpore. Et hoc est quod dicit auicenna in primo canon. de dispositione medicinarum ventres soluentium quod est necesse in quibusdam complexionibus et in quibusdam regionibus ne medicinarum corpora ponderentur: sed virtutes earum tantum deinde apponantur medicamina extrinsecus: quorum proprietas sit ut temperet essentiam membri et complexionem eius ita ut prohibeat recipere superfluitates effusas ad ipsum membrum et impedimenta sicut facit terra sigillata et similia propter proprietates que est in eis aut propter equalitatem sue complexionis: quare in frigida illud quod est calidius et calefacit quod est frigidius secundum quod visum est galieno de oleo rosarum ut auicenna. in secundo de operationibus medicinarum singularium nam predictum accidens reddit hominem magis deformem et magis in manifesto corporis apparet. Ideo studui in ostendendo causas eius. et sapientes posuerunt causas et remedia corporis in tractatu decorationis: quia propter aduentum ipsorum fit deformitas: et propter tarditatem et retentionem fit decoratio et est etas consistendi que vocatur ab auicenna. etas pulchritudinis. Jam dixi causam unius accidentis senectutis scilicet canicie. Nunc dicendum est de cutis corrugatione et quibusdam alijs accidentibus que quandoque ante tempus quandoque cum tempore hominem invadere consueverunt. Sed cutis corrugatio fit quandoque ex carne extenuata et ita necessario manet cutis vacua: et fit icrepatio

De regimine

Nam aristo. in fine libri de animalib⁹ dicit q^d fit ex putrefactione humo-
ris: et dicit q^d corrugatio que accidit corpori est contrariū glaciei: q^d si va-
po: congelatur fit ex eo glacies et nō putrefit et nō erit corrugatio. Et hoc
accidens sepe accidit his qui igne vtuntur: sicut in fabili arte: et fusioni-
bus. Nam vsus harum rerū reddit faciem tornatilem et corrugatam: ideo
domine ab igne auertere faciem suam consueuerūt. Sed ea que remouēt
cutis corrugationem inferius in capitulo de his que induunt cutem pul-
chritudine puerili et mundificatione et rubedine dicam. Palliditas autē
scdm quosdam est accidens senectutis: et quādoq^{ue} iuuenib⁹ accidit ex fleg-
mate superfluo: sed in senib⁹ accidit ex diminutione sanguinis et spiritus
Et quādoq^{ue} ex sanguinis infectione. Et q^uliter sanguis bonus regenerat
infra de his que induunt cutem pulchritudine: et in capitulo de his q^{ue} con-
uenientius naturalem humiditatem restaurant inueniē et spirit⁹ multi-
plicatur cum his que faciūt gaudiū et leticiam et cū generantibus bonum
sanguinem: vt in predicto capitulo inueniē. Diminutio sanguinis fit ex
resolutione et diminutione naturalis hūiditatis q^u radix naturalis hūi-
ditatis est in sanguine cordis principaliter: et scđario in illo qui est in ve-
nis et mēbris: et diminuto sanguine diminuit spirit⁹: et restaurat sanguis
cum his que naturalem humiditatem restaurant. Et sanguine restaura-
to spiritus confortat et restaurat. Multitudo muscillaginis excreatus pu-
tridus et lippitudo oculorū sunt accidentia senectutis: et accidunt ex hūi-
ditate accidentalit^{er} precipue fleumatica. Et oritur q^uq^{ue} illa humiditas ex
superfluitate quarte digestionis: et curat cum rebus purgantib⁹ fleuma
et ipm consumentib⁹ et desiccantib⁹ vt infra suo proprio capitulo inuenie-
tur. Sed proprie valet lippitudini res que natat in mari. s. margarite: et
que vegetat in aere. s. anthos: excreat putredo. Valent etiam ea que pur-
gant et aperiūt pectus: vt dyayris et dyaprasius et ce. Et muscillagini valet
purgatia fleumatis capitis et stomachi: et q^uq^{ue} ex superfluitate sanguinis
in iuuenib⁹ et adolescentibus accidere consuevit. Debilitas anhelitus: in-
somnia: ira: et inquietas animi: sunt accidentia senectutis. Sed debili-
tas instrumentorū anhelitus accidit ex strictura meatuū pulmonis que
fit ex siccitate nimia vel q^uq^{ue} ex nimia humiditate superabundante: s^{ed} huic
accidenti subueniendū est cū his que precipiunt sapientes in tractatu de
egritudinib⁹ que accidunt instrumentis anhelit⁹. Nam anicen. dicit in eo-
dem tractatu q^d crocus habet pprietatem confortadi instrumenta anhelit⁹.
Sed insomnia: inquietatio: et ira: accidunt senibus ex fumis melā-
colicis ascendentib⁹ ad cerebrū et impredientibus instrumenta sensuū: et
ideo ppiciē in lib. regiminis q^d senes fleumatica et melancolica cibaria et
acutavitare debēt et pfert huic dispositioni dyapapaner et comedere olus
lactucarum cū speciebus aromaticis: vt galien⁹ dicit se fecisse testāte ani-
cen. in capitulo de somno. Sed contra inquietationē: et irā: et garrulatio-
nem adhibeatur operatio et actio anime vt gaudiū et leticia velut dicā in
capitulo de his que induunt cutem et c. Et de medicinis conuenientib⁹ his
accidentib⁹ est res que iacet in viscerib⁹ terre. s. aurū: et que natat in ma-
ri. s. margarite: et illa cui⁹ minera est planta. s. lignum aloes. Debilitas vi-
riū et virtutum est accidens senectutis et senij. Sed viriū debilitas acci-
dit ex humiditate innaturali et precipue fleumatica mollificāte nervos.
Et q^uq^{ue} ex nimia siccitate nervorū per quā nervi contrahūtur quare debi-

tantur. Et quicquid accipit ex percussione et concussione nervorum ut sepe accidit militibus ludum militie exercitiis. Nam ex hoc accideri quicquid amittit militia et quedam magisteria. Nam multos vidi iuvenes milites quorum vires erant debiles sua malicia amittentes et econverso: sed vires confortant cum ex siccitate debilitate perveniunt cum medicina cuius minera est platanus indica: scilicet lignum aloes. Et cum sit ex humiditate valet cum sit cibus de mendicina que vegetatur. scilicet anthos. Sed virtutum debilitas accidit quicquid ex superfluo humore quicquid ex penuria: nam virtutes sunt plures. Una dicitur appetitiva alia digestiva etc. Et quis diversa nomina sortiatur: tamen una est. Et hoc est quod dicit iohannes damascenus: virtus siue virtutes varia nomina habentes una eadem substantia est: sed secundum diversa officia subiectis membris diversis vocabulis nuncupatur. Sed qualiter virtutes proficiuntur et reparantur inferius in capitulo de his que proficiunt virtutes et eas reparant dicam. Lesio instrumentorum sensuum est accidens sensui quod sepe contingit iuvenibus et senibus: que lesio accidit quicquid in manifestis instrumentis sensuum. Sed quando in manifestis evenit curatur ille lesiones secundum quod in propriis capitulis illarum lesionum sapientes describunt. Sed lesio instrumentorum occultorum capitulis fit in tribus partibus cerebri in quibus virtus animalis operatur in parte posteriori: media: et anteriori: que partes appellantur ab antiqua ventres. Sed in parte posteriori fit memoratio de qua loquitur haly regalis in primo sermone theorice dicens quod senectus est domus oblivionis: sed seneca in libro senectutis dicit contra: quod si homo exercet illud instrumentum non erit minoris memorie. Unde accidit quod ex longo exercitio unius instrumenti proprietas alterius minuitur: ut quotidie in iuvenioribus et memorantibus apparet. Nam lesio in his ventribus siue instrumentis cerebri accidit quicquid a causa intrinseca: quicquid a causa extrinseca. Sed a causa intrinseca accidit dupliciter a natura: ut cum homo illam lesionem ab utero materno extrahit: et tunc est incurabilis. Et accideri fit duobus modis ex rebus intrinsecis adveniētib: et quicquid ex humoribus malis facientibus corporis infirmitates et tunc dicitur pervenire ex parte corporis qui quicquid sunt in loco cerebri: quicquid sunt ex membro alio. Et quicquid sit humor dummodo sit malus ledit supradictos ventres et opilat: et hic humor quicquid generatur ex malis cibariis. scilicet valde melancolicis et fleumaticis: et quicquid ex indigestione et rebus acutis fumosis: ut sunt acrimia et vinum vinosum et non compositum et similia. Et his causis accidunt egritudines que fiunt in operatione sensuum: et sic propter predictam causam operatio anime impeditur propter defectum sui instrumenti sicut in fistula patet. Nam ipsa resonat secundum clausuram et aperturam suorum foraminum: impeditur etiam operatio anime ex causa extrinseca multis modis scilicet ex vaporibus fetidis inficiētib: corpora et opilatibus instrumenta sensuum inter quos vapores deteriores existunt qui ex inferius et eorum superfluitatibus veniunt et precipue ex cadaveribus propter similitudinem quam habent cum corporibus humanis sicut semel accidit quod post forte prelium quod fuit in ethyopia: relictas sunt cadavera multa: ex his venit vapor pestiferentialis ad terram grecorum et ex hoc accidit mortalitas et infirmitas: et in eis que enaserunt remansit oblitio ita quod non recordabatur nomen suum nec filiorum suorum: ut Galienus dicit testatur antiqua in tertio capitulo de signis assumptis ex operationibus animalibus: et accidit quicquid ex aere grosso et turbato: et hec est causa quare orientales sunt alijs subtiliores propter defectum vaporum. Sicut patet quod homo est subtilioris perscrutationis in sereno tempore quam in nebuloso:

De regimine

nam aer turbatus tristificat animas et comiscet humores. Sed aer turbatus differt ab aere grosso. Aer enim grossus est ille qui in turbatione sue substantie similes. Sed turbatus est ille qui partibus miscetur grossis. Quam vero rerum significatio est quod stelle minute parum apparent et resplendent: sed se intollant et tremunt et eius causa est quod vapores et fumi multi existunt et venti boni pauci: ut auicenna in primo canon. de operatione qualitatuum aerearum. Et similiter accidit hoc impedimentum aliqui ex negligentia modificationis corporis intrinsecus et extrinsecus: nam sordes extrinseca poros operant et impedit naturam in expellendo alias: et accidit quicquid ex infirmitatibus hec lesio: et sic est impossibile hominem infirmum sanum sensum habere. Ergo oportet scientiam sanitatis procedere: nam in regali dispositione in primo sermone dicitur quod sensus et intellectus non erit nisi per sanitatem anime rationalis: nec sanitas anime rationalis erit nisi per sanitatem virtutis vitalis et naturalis. Et aristoteles dicit in libro de secreto secretorum quod non est via ad aliquam rem sciendam vel inuestigandam nisi per potentiam clari intellectus. Sed potentia clari intellectus non est nisi per sanitatem et sanitas non est nisi per equalitatem complexionis et equalitas complexionis non est nisi per temperantiam humorum. Et ideo deus excelsus gloriosus ordinavit modum ad temperantiam humorum et conservantiam sanitatis que omnia reuelavit philosophis et sanctis prophetis et quibusdam aliis quos illustravit spiritu diuine sapientie.



Nam dixi fere omnes causas senectutis et senij et lesionum sensus. Nunc dicam quod species nocumendi sensus contingit in operatione cerebri et sunt propter duas causas et cognoscuntur tribus modis. Et nota quod hic accipitur sensus per ymaginacionem et discretiua memoriam. Et hoc dicit auicenna in tertio canon. cap. de lesionibus sensus quod verba sic sunt intelligenda: cognoscuntur tribus modis. id est cognoscuntur cum tribus generibus signorum quod inferius scribunt. Sed illa signa non sunt signa egritudinis quarunda quod sensus impediunt. scilicet permixtionis sensus et alienationis et stoliditatis et amerie et corruptionis memorie et ymaginacionis quod per se id quod auicenna dicit in predictis egritudinibus: quod ponit alia signa. Sed signa quod ponit hic sunt signa lesionis sensus quod non sunt egritudines quibus inter egritudines numerentur. Item aliud verbum quod dicit quod species nocumendi sensus sunt propter duas causas: quarum una causa fit ex parte anime rationalis quam corpus infirmat: et tunc anima infirmat secundum instrumenta eius et sic ledit sensus quod priuat eo quod ab anima procedere debet per nocumendum accensum instrumentis cerebri: quod donec in homine sanitas conseruat nocumendum non cadit supra intellectum et sensum quem homo habet naturaliter intelligens. Alia causa est quod etiam in sano homine sepe accidit nocumendum in sensibus quod nocumendum non accidit ex parte infirmitatis corporis tantum: sed ex parte trium instrumentorum sensuum capitis quod dicuntur ventres ab auicenna in quos ventres cadit nocumendum ex vaporibus intrinsecis et extrinsecis absque quibus etiam non possunt ymaginari discernere et memorari: et tale nocumendum regimen huius epistole docet remouere et inducere ad id quod natura misceat. Sed regimen sanitatis: ut auicenna dicit supra docet conservare corpus et regere in eo sanitatem ne in instrumentis capitis cadat nocumendum ex parte anime: et ex predictis potest patere vnde clemencia que antiquo clarioris intellectus et longioris vite quam moderni habebant et penetrabilem rationem: quod non solum corporis sanitatem: sed trium instrumentorum capitis regimen observabatur insuper forte utebantur quarunda reproprietatibus quas occultauerunt ne ad manus infidelium de-

ueniret et hoc est qd dicit aristo. in libro de secreto secretorum. Apud potētia intellectus nihil est difficile et cuncta sunt possibilia in via rois et in secretis hermetogenis testate aristo. in p̄dicto libro dicēte qd sūma et vera bonitas est claritas intellectus et plenitudo legis et de hoc dixit seneca semina diuina in corporib⁹ hūanis disp̄sa sunt. i. sensus et intellectus qd si bon⁹ cultor existit filia origini p̄deūt. qd si mal⁹ nō alia p̄creat nisi q̄lis palustris steril⁹ et ex predictis pōt patere v̄re clemētie qd sensus et intellectus quē sublimis deus semiat in hoīe si nō bene colit. i. regis diminuit vel amittit quia innēi qd virt⁹ mirabil⁹ plāris aīalib⁹ et lapidib⁹ diuinit⁹ collata prim⁹ hūano pplō est occulta ex quaz rex pprietate claritatē ingenij philosophi sūt adepti. Signa demonstrātia lesiōes mēorie sūt qd fili⁹ p̄ncipis aboaly describit. Cū em̄ sensus hoīs est incolumis et ymaginaria formaz rex in somno et vigilijs est sana deinde sūt res et ymaginatiōes q̄s videt in vigilijs suis aut in somno suo ex eis de q̄b⁹ est possibile ip̄m ponere et remouere ab eo et cū audit ea et testificat nō remanēt apud ip̄m tūc lesio illa est in mēoria in posteriori pte cerebri. S3 signa lesiōis cognitiōis. i. p̄tis medie cerebri sūt hec si in mēoria est ipedimētū: sed loquit ea q̄ nō sunt dicēda et timet ab eis a quib⁹ nō opz fieri et putat eē bonū qd nō debet putari bonū et sperat qd sperandū nō est et inq̄rit qd inquirēdū nō est: et est potēs reseruare ea quoru vult recordari: tūc lesio est in cogitatiōe in pte media cerebri. Et signa lesiōis imaginatiōis. i. anterioris cerebri sūt hec. Si vero mēoria loq̄la sūt sicut esse debēt et non p̄tradicit in his q̄ agit et nō loquit aliqd p̄trariū res et tūc dū in imagiat res sēfībiles et colligit viles res et videt singularia mēdosa et ignes et aq̄s et reliq̄ mēdosa aut debilis imagiat formas rex in somno et vigilijs tūc lesio est in ymaginatiōe et in anteriori v̄tre cerebri. et si ag gregant duo ex ill⁹ aut tria: tūc lesio est in duab⁹ aut trib⁹ p̄tib⁹. i. v̄trib⁹ et q̄n aliqd eorū est declinās ad diminutionē: tunc egritudo est ex frigore. Et q̄n est declinās ad p̄mutationē et agitationē: tūc est ex caliditate. Et q̄dā estimauerūt qd declinatio ad diminutionē est p̄pter diminutionē substātie cerebri et curā hāz lesionū collige in tabul⁹ mēbroz capitis filij p̄ncipis aboaly quas fecit in libro de sustēratiōe artis medicie et in tabul⁹ quas in fine istius epistole declarant et in tabulis considerabis medicinas ad p̄dictū accidens valituras et ille sūt vrēde et ledētes sunt vitāde. Et sciatis qd hāc eplam cōposui p̄ p̄dicto p̄ncipaliter accidēti et secūdario p̄ alijs. Et hāc icepi ad suasionē duoz sapientū. s. io. c. et phi. can. paz: qd nō solū hoc accidēs senes et seniores inuadere p̄suenit: s3 iuuenes et adolescētes ex defectu regiminis et ignorātia pprietatū rex q̄s antiq̄ occultauerūt. Jaz cōmplemī primā partē hui⁹ eplē de sciētia sciētia li specularia. Nūc dicendū est de sciētia operatiua specularia.



De cibis et potib⁹ q̄ naturaliter hūiditatē q̄ quotidie resoluitur cōueniēti⁹ restaurāt. Ibi et potus qui conuenientius restaurāt naturalē hūiditatē que quotidie resoluit sunt multi et precipue enchimij et sunt hi secūdū anic. carnes pulloz perdicis et fasianorum et anis paruarū et castratorū qui tertis annū non transierūt et carnes edorum et lactentiū vitulorū et aures et rostra porcorū et

De regimine

tibie et frumentū ex bona messe collectū. Sed hec restauratio variatur secundum diuersitatem complexionis: sed secundum plurimum sunt euchimie et precipue post tempus consistendi. Nam quedam euchimie pueniunt ex vegetabilibus quedam ex viuētibz nulla autem ex mineralibus. Sed filius principis aboaly dicit in phemio sui regiminis quod humiditas illa naturalis que quotidie resoluitur restauratur per regimen rectius restorationis secundum oportunitatem possibile: et hoc regimen fit euchimijs et alijs nutrientibus et secundum plurimum euchimie sunt meliores: sed quedam sunt euchimie que restaurant naturalem humiditatem sinceram quedam sinceriores et multum longinquam a corruptione. Et ideo dixi quod inter se differunt. nam euchimie puenientia et viuētibz nutritis cum bono pastu illa generant humiditatem magis longinquam a corruptione et magis sinceram quam alia. Preterea differunt euchimie inter se alio modo. nam panis pisces et carnes et vinum reperiuntur quicquid euchimie et humores malos generantia. Sed panis euchimus sinceriores generat humiditatem dummodo bene digeratur quam carnes euchimie. Et carnes sinceriores generant et magis longinquam a corruptione quam pisces considerata bonitate utriusque et vinum vinee sinceriores quam vinum auene vel pomorum vel aliarum rerum. nam licet in omnibus rebus predictis reperiatur ciuaria euchimie tamen vinum euchimum generat et restaurat sinceriores humiditatem et magis longinquam a corruptione quam aliud vinum. Sed carnes et vinum et vitella omnium sunt magis propinqua in generatione sanguinis quam alia: quia senes indigent restoratione sanguinis et spirituum et summa res giminis eorum est illud quod calefacit et humectat ex nutritibus balneis et potibus et somno proliro et mora multa in lecto et prouocatione vine et expulsiōe flematis ut princeps aboaly in primo capitulo. cap. de regimine senum. Sed nutrientia debent esse que nec melancoliam nec fleuma generant nec humorem acutum sicut est caro pulloz perditionis fastianoz odor lactentium vitulorum et annualis agni et electuaria calida repara et humida et quedam res simplices inter quas sunt meliora grana pini et fistice. nam ipsa restaurant naturalem humiditatem et quoddam compositum artificialiter preparatum sepe et in multa quantitate sumptum ut est zuccara rosata de qua loquitur auicenna capitulo de ptisi et quod mulier ptifica cuius sepultura preparata erat recepit inde sanitatem et humiditatis restorationem. Sed nota quod ideo dixi quod euchimie secundum plurimum restaurant naturalem humiditatem que quotidie resoluitur propterea quod ex euchimijs generantur mali chimi in stomacho calido propterea quod in eo aliquando aduritur cibi: ut haly regalis in capitulo de regimine cibi et ex cibis generantibus malum cibum ex sui natura boni humores sepe generantur et bona humiditas si bene digeruntur: quia digestio est radix generationis bone humiditatis: ut gali. in regni. Euchimie vero restaurantia naturalem humiditatem que quotidie resoluitur quedam sunt ex viuētibz quedam ex vegetabilibus: sed ex viuētibz meliora sunt que ex meliori nutrimento nutriunt et illa sinceriores generant humiditatem et magis longinquam a corruptione nam carnes illorum animalium que de sua natura sunt euchimie si pastus illorum est malus: chimum malum generabunt et sic est in piscibus et in ceteris viuētibz. Nam vidi pullos gallinaceos nutritos ex arillis racemorum quorum carne erant duriores carnibus animi degentium in paludibus ad digerendum et sic est in piscibus: ut patet in lucio et partica: nam ipsi non nutriuntur velut alij pisces et adeo meliores generant chimum.

Et non solum pastus considerandus est in viuentibus que comeduntur sed locus in quo nutriuntur sicut videmus pisces degentes in mala aqua qui de sui natura generant malos humores et econuerso. Sed in vegetabilibus. iij. considerantur terra: aer distantia solis genus plante. Terra consideratur sic: nam plante que nascuntur in terra effumata fructus earum citius putrescunt q̄ illarum que nascuntur in terra non effumata et ita est in frumento et ceteris granis sicut patet et ita patet in vino vinee terre effumate quoniam illud citius putrescit q̄ illud quod oritur in alia terra: vnde accidit q̄ quidam rex libenter bibebat quoddam vinum bone vinee cuiusdam cultoris. Et cum ipse scivit rex affectare vinum suum pre ceteris alijs cogitauit vini bonitatem augere et augmentare et vineam extercorauit. Et tempore procedente cum rex de illo bibit competit illud vinum esse deterioris saporis sic bonus gustus est bonus iudex in cognoscendo nutrientia generantia naturalem humiditatem longinquam a corruptione et precipue in piscibus vt ysaac in libro dietarum vbi tractat de piscibus dicens. omnis cibus q̄to saporosior tantum nutritibilior. Sed grana nata in terra non stercoreata non tam cito putrescunt sicut illa que in terra stercoreata nascuntur. Et que sunt magis longinqua a corruptione magis longinquam naturalem generant humiditatem: vnde inueni modum in quadam parte regni francie cuius frumentum ibi nascens. vij. vel viij. annis in granarijs illesum conseruabatur quia natura terre vni est altera melior in generatione nutrientium. et sic omnia nutrientia euchi- mia que diutius conseruantur sinceriores generant naturalem humiditatem et magis longinquam a corruptione q̄ alia euchia. Item vidi in quibusdam vineis propagatis de eisdem propaginibus que adinuicem. iij. cubitis erant propinque quarum vna producebat vinum valens bis tantum in bonitate eiusdem q̄tum alia et hoc propter terram naturalem accidebat a qua recipit nutrimentum. Sicut alba argilla que dicitur marna q̄ melius generat nutrimentum q̄ terra non naturalis. Nam cibus qui sumitur ex plantis natis in terra tali melius generat nutrimentum q̄ cibus natus ex plantis natis in terra non naturali. Quod patet quia magis augmentat bonitatem sterilis terre supra quam projicitur q̄ terra mollis vel finis. Aer consideratur in quo nascuntur vegetabilia ex quibus nutrientia capiuntur quia nutrientia prouenientia ex plantis natis in bono aere sunt magis longinqua a corruptione. quod patet in herbis que ibi nascuntur que minoris sunt virtutis. Et hoc accidit propter ventum qui currit ibi magis libere desiccans putredines plantarum. Unde Auic. in secundo casu. vltimo capitulo dicit q̄ plante nascentes in locis ventosis ⁊ montanis fortioris sunt virtutis. Unde vidi montem in partibus romanis cuius aer et plante erant tante bonitatis q̄ animalia morbosa que ibi recipiebant pastum per spacium temporis sanabantur vnde animalia que capiuntur in locis montuosis sunt maioris virtutis sicut dicit princeps de tyris in sexto. Distantia solis concurrat in generatione plante. nam plante que nascuntur in locis remotis a sole fructus earum non tantum durant immo citius putrescunt: et ita generant humiditatem magis propinquam corruptioni. Quod patet in vineis que nascuntur in quadam parte alemanie et quedam parte regni francie quarum vina cito corrumpuntur si super terram faciant moras precipue in estate. Et hoc accidit quia aqua

De regimine

facta acida invite non fuit tota transmutata in vinū. Et ideo ponit ysaac
q̄ multas proprietates habet vinum vinosum mixtum cum bona aqua
fontina cum non est sapor extraneus q̄ vinum aquosum absq̄ aqua: quia
in vino aquoso est aqua acida: sed in vino vinoso non: quia aciditas reces
sit propter calorem solis. Et forte decoctio vini in novitate sua suppleret
hunc defectum. Quandoq̄ accidit q̄ terra calida velut terra sabulosa in
uat hunc defectum solis: sed non multum. Sed bene patet q̄ distantia so
lis multum operatur: quia terre a quibus multū distat sol carent multis
generibus plantarum scilicet olivis: ficibus: et granatis. Et vina non
permanent velut in regione calida que decem annis aliquando conser
vantur. Genus plante attēditur in hoc quia quīs omnia predicta concur
rant et planta sit mali generis nihil valet. quod patet in quodam genere
racemorum quorum grana sunt pulciora alijs tamen vinum quod inde
fit breviori tempore conservatur nec est eiusdem bonitatis et saporis in ge
neratione naturalis humiditatis. Et sic ex eucharistia bene digestis proue
nientibus ex animalibus et plantis potest restaurari et renouari humi
ditas naturalis et pinguedo in senibus velut rusticus carnem bouis se
nis innouare consuevit sepiissime. Sed quidam sapientes caldei dicere vo
luerunt q̄ humiditas totius corporis possit transmutari euacuando vete
rem et regenerando nouam. Et hoc dixerunt posse fieri prius potius pur
gando humiditatem interiore cum farmacia. et illam que est in carne et
cute cum sudoribus quarum vna regeneratur cum cibis eucharistia prepa
ratis artificialiter ad conuertendum quibus sunt admixta que non sub
iacent corruptioni. Et sic humiditate carnis euacuata per sudorem et in
teriori per farmaciā opus est vt regeneretur cum predictis cibarijs et inun
ctionibus a corruptione longinquis. Et per subtractionem veteris humi
ditatis propinque corruptioni subiaceat. et per regenerationem bone hu
miditatis longinque a corruptione innouabitur homo et eius durabili
tas longo tempore permanebit. Et hoc antiqui faciebant. et adhuc quidā
sapientes caldei vt quidam dixerunt sciunt facere quorum sapientiā igno
ro. Et hoc dicitur fuisse factum cuidam captiuo germanico a quibusdam
sapientibus in arabia: sed ouidius dicit hoc medeam fecisse cum vno me
dicamine ex diuersis medicinis composito quīs illud a quibusdā fabulo
se intelligatur: et sic ex his et aliquibus predictis potest patere vestre cle
mentie carissime princeps quare antiqui multum viuēbant: quia eorum
cibaria generabant humiditatem naturalem longinquam a corruptione
et alia causa erat puritas aeris. Tertia cōseruatio regiminis. quarta vsus
proprietatum quarūdam rerum que defendunt naturalem humiditatem
cito dissolui quarum cognitio non peruenit ad grecos. Et sic nunc postq̄
vidim⁹ de cibis et potibus q̄ naturales humiditatem que quotidie resoluit
restaurant: videndum est de hijs que eam defendunt et retardāt dissolui.

De his q̄ naturalē humida
tē defendūt resolui et restau
ratā sincerant ne cito resolu
tur et calorem naturalē et hūdi
tatem retinent temperatam.

Es q̄ naturalē humiditatē defendūt et re-



tardant dissolui et restaurataz humiditatē sincerant sunt tres. quarū vna natat in mari. s. margarita alte-
ra iacet in viscerib⁹ terre. s. aurū. tertia inuenitur in visceribus aialis longe vite. s. os de corde cerni. Et nō solū predicte res naturalē hūiditatē retardāt a dissolu-
tione: sed eā et calozē naturalē retinēt tēperatū ⁊ ab eozū temperatiā non imutant: q̄ donec caloz natura

lis ⁊ humiditas naturalis est tēperata in hoīe: caloz natural' temperatur et corrobora: q̄ sanitas et durabilitas in hīs duob⁹ existit. Et hoc est pre-
ceptum qd̄ dicit aristoteles in epistola ad alexandriū. Sed hee res debent sumi electe et p̄parate: quia in earū preparatione est totū secretū quod sapientes occultauerunt: et sunt spisse substantie. Ideo sunt terende ad summū. Quia filius principis abohaly dicit in. ij. cap. capitulo de iudicijs
quarūdam medicinarū q̄ omnes medicine spisse substantie in vltimo sunt terende. Et pprie cū mea intērio est vt ad finē perueniant elongatiōis et ad quartā transeāt digestionē vt ad cor et membra similiū partiū. Sed hee
predicte res indigēt electione et p̄parationibus multis quarū vna est bo-
na alia melior tertia optia. Sed medicina que inuenit in animalī longevi-
te est cartillago q̄ vltra vñū scrupulū non pōderat. que in oībus fere ani-
malib⁹ est sanguis. vnde inuentū fuit vñū de illis aialibus tēporibus no-
stris in cui⁹ collo fuit inuētus circul⁹ aureus inscriptū erat. hoc aial fuit
proiectū in hoc nemore tēpore iulij cesaris. Sed hec medicina est. s. ⁊ sic.
et retardat naturalē humiditatē dissolui et calozē naturalē et eius hūi-
ditatē retinet temperatā si cū calidis aromaticis cordialibus temperet.
Sed de illa que natat in mari. s. margarite: quidā dixerūt eam esse frigidā
quidam temperate complexionis. vt ysaac filius salomonis loquitur
ad ea dicens q̄ sanguinem proprie clarificat cordis et eius giositatem
extenuat et humiditatē in oculis coadunatam desiccāt valet cardiacis
et tremori cordis ⁊ timorosis et suspiriosis ex colera nigra patiētib⁹. Et
dixerūt alij q̄ valet epilpticis et facit vomere sanguinez coagulatū infra
corpus ex vulnere vel ex aliqua alia causa si puluis eius sumat in potu.
Itē dixerunt alij q̄ si de hac medicina fiat aqua vel aliquo ingenio fit li-
quefacta curat egritudines proueniētes ex errore q̄rte digestionis si ex ea
cutis lauet sicut sunt morphēe albe. Sed medicina illa q̄ iacet in visceri-
bus terre scilicet aurū. habet pprietatē humiditatē naturalē a dissolutio-
ne retardare et eā in suā retinere tēperantiā et calozē naturalē tempera-
tum in sua retinere tēperantiā ⁊ distēperatū ad suā temperatiā reducit.
Et dicit ysaac in libro de sustentatione artis medicine q̄ habet proprietatem
subueniēdi de facto stomacho ⁊ timorosos ⁊ cardiacos cōfortat ⁊ est
contra melancoliā allopiā atq; tyriā. Et princeps dicit q̄ confert dolori
cordis et tremori ipsius ⁊ ei qui solus loquitur ex malicia anime de no-
cte: nec est admirandū si hec medicina que iacet in visceribus terre facit
has operationes quia filius zacharie dicit q̄ hec res est temperata in pri-
mo gradu et excedit omnem medicinam in temperantiā et in ea est natu-
ra equalis et recta: nec subiacet corruptioni alicuius elementorum et ideo
naturalem humiditatem retardat a dissolutione et noniter generatam

De regimine

defendit ne cito resoluitur. Et quicūq; gliscit humana corpora conserua-
re in sanitate que subiacent alterationi sex generum causarum que mu-
tant necessario: querat hanc rem et non aliam que corruptioni et altera-
tioni non subiacer et illa res conseruabit corpora in sanitate. et aristote-
les in libro quem composuit ad preces alexandri hoc dicit. Item et sic des-
fendit a festina alteratione et supplet defectum sex generum causarū se-
cundum possibilitatem mensuratarū. Que cause mutant corpora et con-
seruant secundū q̄ in predicto capitulo de causis senectutis declarauī. Et
secundum hoc videtur aristoteli. impossibile q̄ medicine que corruptioni
et alterationi subiacent conseruent corpora humana in sanitate et natu-
ralem humiditatem ne cito dissoluatur ante tempus et defendant homi-
nes ab accidentibus senectutis et senij ne veniant ante tempus. et hoc me-
dici credebant facere cum medicinis aromaticis que subiacent corruptio-
ni. Quomodo ergo corruptum potest reddere incorruptum nonne mihi
impossibile videtur. Et hec medicina debet esse electa et preparata prepa-
ratione bona et tunc facit operationes bonas et cum est preparata prepa-
ratione meliori tunc facit operationes nobiles. Et cum preparata prepa-
ratione optima tunc facit operationes sublimes et in hoc est totum secre-
tum. Intellige hoc carissime princeps et vsus predictarum rerum natura-
lem humiditatem et calorem retinet temperatum et defendit tam corp⁹
q̄ humiditatem naturalem et calorem a sua temperantia immutari a cau-
sis necessarijs male mensuratis: et supplet defectum causarum secundū
possibilitatem mensuratarū. et forte de hac re fuit aqua quam bibit senex
agricultor in regno sicilie cuius aratrum obuiauī vasi pleno aque credēs
illam esse similem aque cysterne propter eius claritatem cum esset afflict⁹
labore et calore auide eam sumpsit et eam totū bibit et mutatus est agri-
cultor senex in equalem complexionem et in etate. xl. annorum in appa-
rentia et factus est maioris discretionis: et memorie: et intelligentie: et vi-
xit annis. xl. post potum in curia regis sicilie et dixerunt quidam sapien-
tes q̄ cum predictis medicinis cordialibus debet admisceri crocus et mu-
stus nam crocus produci medicinas ad cor mustus confortat cor et sanat
eius tremorem et melancoliam ex solitudine et confortat cerebrum et leri-
ficat animum et prestat audaciam et debet vergere ad rubedinem habens
formam spericam. Postq̄ vidimus de his que naturalem humiditatem
defendunt a festina resolutione et nouiter generatam sincerant et natura-
lem calorem et humiditatem retinent temperatam videndum est de his
que caniciem festinant venire et quedā alia accidentia senij et senectutis.

De cibis et rebus que accidentia senectutis et senij principaliter festinant venire.



Res festinantes caniciem et alia senectutis
accidentia sunt he: fructus pisces olera humectantia
genera lactis triticum in aqua coctum pulres potus
aque pluuie multitudo vsus aque dulcis hec p̄dicta
caniciem festinant et alia senectutis accidentia: coit⁹
plurimus: seubothomia plurima et hoc faciunt per
viam dissolutionis naturalis humiditatis. Itē ebrie-
tas superflua et mulsio alias emulsio capiloꝝ et range

re cum his que infrigidant sicut oleum sal butyrum : aqua rosacea : aqua sambuci : camphora : hec predicta inueniuntur in auicē. iij. fē. decoratio nis capitulo de rebz que caniciem retardant . Effusio aque plurime sup pra capillos ablutio plurima cū aqua dulci : ⁊ camphora : odoramētū ane ti frigidi ⁊ eius pulueris ablutio plurima cū aqua dulci . Et ideo dicit plu rima qz rara ablutio nō offendit : vñ quidā lauāt oculos tantū ⁊ faciē ab stergunt cū pāno laneo dicentes q talis absterio faciē clarificat ⁊ cum hoc cōcordat haly regalis in fine regiminis dicēs q fricatio faciē cū pā no mediocri faciē colorat odor sulphuris ⁊ eius fumus ⁊ fumus argēti vini ⁊ arsenici hec predicta festināt caniciē et alia senectutis accidentia : habitare in frigidis regiombz ⁊ valde humidis minoret vinuz ⁊ alteret aquam cū melle ⁊ vitet omīs cibos humidos generātes fleuma ⁊ sit pten tus frixis ⁊ assatis ⁊ q in patella preparāt ⁊ assatura absqz iure ⁊ vraf aq ciceris . Hec omia predicta dicit rasis in diuisione in capitulo de decoratio ne capilloz . Item dicit ⁊ vican fleuma ex cibis ⁊ medicinis que retardāt quedam accidētia . Item auicē. dicit in quarto . Nam dum sanguis rema net pinguis spissus calidus viscosus capilli sunt nigri cum ad aquositatē tendit capilli declinant ad caniciē : sed aristoteles dicit in libro quē fecit in sua senectute ad preces alexandri summi regis q risus facit senectutez festinare . Post q diximus de his que senectutis accidentia accelerant nūc dicamus de his que purgant ⁊ consumunt humorem generantem accidē tia senectutis ⁊ senij .

De his que euacuant ⁊ consumunt hu morem inducentem accidentia senectu tis ⁊ senij ⁊ canos auferunt .



Dones sapientes fere qui de medicina tra ctauerunt in hoc pccordant q omne qd fleuma purgat euacuat humorem inducentē caniciē ⁊ quedā senectu ris ⁊ senij accidentia : sed auicē. videtur dicere in capi tulo de cōplexionibus etatū ⁊ generū q nō solum fleu ma generat supradicta accidentia : sed omīs humor ex traneus : ⁊ vtrūqz est verū . Sed fleuma magis generat hec accidentia : ⁊ caniciem q alius humor qz calori na rali obuiat duobus modis : vno modo suffocādo alio modo qualitatē ob uiando vomitus purgat fleuma faciēs accidētia senectutis ⁊ pprie post cibum pre ceteris farmacijs : vt auicē. in quarto casū . in tractatu decora tionis ⁊ hic vomitus est faciendus semel vel bis quolibet mēse ⁊ post ci bi saturitatem vt rasis in regimine libri almansoris capitulo de vomitu . Et sic omīs latini concordant pigra . S . ⁊ pillule de mastice ⁊ aloe purgant fleuma faciēs accidentia senectutis vt ysaac in capitulo de canicie . Item pigra habet pprietatem purgādi humidos humores absqz humiditatibz naturalibz vt auicē. in capitulo de cachecia et scdm hoc pigra est medici na ppria in hoc casu ⁊ hoc est intelligendū de pigra in qua nō est laxatiuū nisi aloes ⁊ id aloes debet esse epaticū scdm q describit ab haly et auicē . nam eius attractio nō est a'longinquo : sed cui obuiat . s . stomacho ⁊ inte stinis ⁊ longinquo locus sue attractionis est ab epate absqz venis : vt in quinto casū . de tractatu de yere . Sed videt q virtus cuiuslibet generis rei

De regimine

si datur scdm qd debet exhiberi facit supradicta. Nam aristoteles precepit alexandro in sua epistola quolibz mane ipm sumere. Nam subtrahit flegma stomachi: et est vita epatis et colorem excitat naturalē et fugat ventositatem. Sed scdm id quod dicit haly regalis in capitulo de regimine senum videtur qd nec pigra nec aloes sit pprium in purgatione humorum inducentium senectutis et senij accidētia cum ipse dicit qd senes nō sunt purgandi cum medicinis abomināribus sicut pigra sed cū lenibus sicut cum in re gallozum veterum et mirabolan. et hoc intelligendum est de alijs qd de citrinis: qd citrini nō purgant humorem festinātem senectutis et senij accidentia sed alia genera mirabo. forte illum purgāt humorem. Clistere omne purgans flegma retardat supradicta accidētia: vt auicenna in quarto de rebus que caniciem retardant. Et hoc clistere est ad hoc pprium. Reci. suc. mercurial. ebuli: et sambuci: et cola: et infice per clistere: sed videtur qd omne solutiū inducat senectutis accidētia ppter illud quod dicit hypocras testante auicē. capitulo de exercitio medicina purgat et inueterat et maiorem partem naturalis humiditatis que est vite substātia de corpore educit. Et hoc est intelligendū cum medicina purgat bonam humiditatē sed nō malam et datur illis qui purgatione nō indigēt sicut sunt sani et forte eleborus niger cū est preparatus purgat humorem facientē accidentia senectutis ppter illud quod auicēna dicit in scdo canone. Qd de proprietatibus elebori nigri est qd ipse permutat corpus in sua complexionē et facit ipsum acquirere complexionem bonam iuuenilem balnei frequentatio ieiuno stomacho consumit humorem generantem caniciē et gargarisma ta: vt ysaac in capitulo de canis tinge. Item aristoteles dicit in libro alexandri qd senes sunt balneandi stomacho ieiuno et aqua tepida: et qd meli⁹ est vt ipsi recipiant de humiditate balnei qd balneum de humiditate senij sed balneum trahit humorem ad superficiem cutis. Et ideo videtur qd caniciem potius sustinet qd retardet: et ideo est vtendum ieiuno stomacho: et post depositionem superfluitatum: vt hypocras in regimine acutorum triffera facta de mirabolanis nigris emblicis et belliricis est vna de reb⁹ retardantibus accidentia senectutis: vt rasis in diuisione in capitulo de decoratione capillorum. Electuariz de mirabolanis indis cum zuccara retardat caniciem: vt rasis in libro almansoris. cap. eo. Triffera maior et minor facit idem auicenna capitulo eo. masticatio mirabolanorum conditorum flegma faciens caniciem retardat. Nam auicenna dicit in capitulo de rebus que retardant caniciem qd si omni die fit masticatio mirabolanorum conditorum lebulorum cum augmento sui equalis numeri nimis conseruant adolescentiam. Hec omnia faciunt mirabolā. et triffere per viam desiccationis flegmaris. poma pini calida et humida sunt in tertio gradu et scdm quosdam in secundo et hoc est in paruo. Sed magnum est equale ad caliditatem declinans et eius humiditas augmentatur. Habet enim proprietatem desiccandi humiditatem corruptam que est in corpore et acquirit humiditatem bonam et impinguat ipsam et corpus debilitatum confortat prodest tussi et humiditatibus pulmonis putrefactis et abstergit humiditatem renum et vesice et lapidem prouocat: et est medicina senum et confortat eos qui frigidam et siccam complexionem habent et debet sumi in cibis. 3. i. et femine sunt masculis meliores et recentes sunt sumēde quia inueterate nihil fere valent. Et est mirabile de hac re: quia

est cibus et medicina: cibus quia naturalem restaurat humiditatem: medicina quia predictis egritudinibus valet. Confectiones que abscindunt materiam fleumatis sunt omnes ille in quibus ponitur scoria ferri. Sed meliores sunt in quibus ponitur aurum vt auicenna in quarto de rebus que caniciem retardant. Et sic aurum habet proprietates abscidendi materiam fleumatis medicina cuius minera est planta: scz lignum aloes indicat superfluum consumit humiditatem generantem senectutis accidentia de qua loquitur princeps dicens qd est calida: et sic in secundo quod ipse estimat est subtile opilationes aperit frangit ventositatem et confortat viscera et prohibet iram remouet superfluitates humiditatum facit odorem oris bonum: confortat nervos: et acquirit eis humiditatem subtilē: confert cerebro: et confortat sensum: confortat cor et letificat ipsum: remouet humiditatem putrefactam stomachi et confortat ipsum: et in ipso est virtus constringens vnam et dissinteriam melancolicam: ysaac de ea loquitur dicens omnia interiora membra confortat: corporis superfluitatem expellit: opilationem epatis aperit fluxui et defectioni vesice repugnat. Et medicina que vegetatur habet proprietatem confortandi: dissoluendi: extinguendi mundificandi et consumendi: confortat cor et omnia principalia membra dissoluit: extinguit: mundificat: et consumit superfluum fleum et melancolicam vbicūq; sit in corpore precipue stomachi et cerebri: et in libris cuiusdam latini inuenitur qd quedam regina scripsit alteri regi ne qd vsus huiusmodi rei preseruaret hominem a senectute et canicie et valet melancolicis et cardiacis et inuenitur qd indorum rex scripsit alteri regi qd carior thesaurus quem habebat in suo regno erat hec planta. Et dicitur qd inde fit oleum quod caniciem et accidentia senectutis retardat: scz qualiter istud fiat non inueni: confortat visum. Et ideo dicitur qd hec medicina vegetatur in aere quia absq; aere incrementum non recipit qd patet in rosis que sub terra in vere reflectuntur vt in hyeme possint conseruari. Et proprietas istius rei vltra annum non permanet et crescente luna crescunt illius plante flores: et decrescente luna decrescunt et cadunt flores et vere ante descensum solis sunt penitus colligendi. Aliiter suam virtutem completam non habent. Et medicina cuius minera est planta in die est conueniens in commixtione predictae rei. Suffumigationes odorifere temporibus tamen congruis faciem clarificant et accidentia senectutis retardant: vt ait aristoteles in epistola ad alexandrum. Dictum est de his que purgant et consumunt humorem facientem et accelerantem accidentia senectutis. Nunc dicendum est de his que conseruant inuentutem in capillis et canos tingunt: et eos faciunt cadere et loco eorum nigros renasci secundum qd in libris sapientum inuenitur absq; experientia dicam. Omnia olea calida conseruant inuentutem in capillis et caniciem retardant: et propria sunt ad hoc oleum de costo oleum de nigella: vt auicenna in sexto intractu de oleis et in quarto de his que caniciem retardant et si detur in potu oleum costinum retardat caniciem vt ras. in libro almansoris. Oleum de oliuis immaturis siluestribus conseruat capillos et prohibet velocitates canicie si administratur omni die vt auicenna in secundo cano. capitulo de oliuis lauatio cum oleo et aqua qd retardat caniciem: vt aristoteles in fine libri de animalibus. Et si omnia olea calida retardant caniciem ergo oleum balsami et oleum benedictum

De regimine

quod fit de lateribus. Postq̄ vidimus de his que conseruant iuuetutem in capillis et caniciem retardant. Videndum est de his que canos cadere faciunt et loco eorum nigros renasci: de quo loquitur princeps abohaly in quarto cano. capitulo de rebus que caniciez retardant dicens de his que experta sunt his que fuerunt ante nos et experta sunt tempore nostro est portare dragagantum rubeum albacalay pondus. 3. i. ipsuz em̄ depilat canos et facit loco eorum capillos nigros renasci veritamē nō tolerat illud nisi qui habz forte corpus et humectatum et oportet q̄ administretur post illud quod mūdificet pulmonem et humectet ipsum. Sed ysaac dicit q̄ si borago cū aqua et succaro coquitur vel melle et detur in potu cānales pulmonis mundat. Item spica celtica cum vino bibita sepe pectus et pulmo nem mundificat et multa que in libris medicine scribuntur pulmonē mundificant. Item legitur in quibusdam scriptis hermetis q̄ est quedam herba similis maiorane cuius folia sunt celestis coloris et sunt rotunda vt denarius et crescente luna crescit eis vnum folium et decrecente luna ejicit vnum folium successive et remanet nuda et nascitur in montibus et rupibus et si unioruz et eius flores citrini sunt et dicitur ibi si quis receperit de hac planta ad pondus vnius lentis et tantūdem de syp̄i et clausit in vase p. iij. dies et de ip̄o biberit cum lacte vaccino per aliquos dies pro cibo pili eius cani cadunt et nigri loco canoz renascuntur et homo iuvenescit. Sed hec predicta nō sum expertus. Sed pōt hoc accidens ad tempus cū tincturis remoueri. Et qualiter illud sit in libris medicine inuenitur.

De his que calorem naturalē debilitatū ex naturali cursu nature et resolutione naturalis hūiditatis et ex augmento extranee confortāt et restaurāt.



Alta relegi volumina sapientū et pauca inueni medicamina q̄ naturalem calorem debilitatū et resolutionem ex resolutione naturalis hūmiditatis et augmento extranee vel ex aliqua alia causa confortaret et restauraret. Sed quidā sapientes fecerūt tacite mentionē de quadā medicina q̄ egredit̄ de minera nobilis aialis asserētes q̄ illa calorem naturalē confortat et restaurat et res illa assimilatur vni soli rei tantū i oib⁹ suis naturis et dispositionib⁹ sane adolescentie equalis complexionis in corpore toto et signa temperate et equalis complexionis et sunt hec q̄ calor est compositus ex albedine et rubedine et capilli sunt flani declinātes ad albedinē et crispitudinē temperate scdm plurimū et caro eius est temperata qualitate et quantitate et ip̄ius somnia delectabilia habēs faciē hylarē et iocundam et erit temperata in desiderio comedēdi et bibēdi res illa q̄ huic rei assimilatur est temperate caliditatis et eius fumus est temperatus et suavis: q̄ ip̄e tactus testat̄ qm̄ est suavis et gratus tactui: nam res illa ideo temperate calefacit q̄ est temperate calida: et ideo sanat q̄ est sana: et cū est egra egrotat et cum est distemperata distemperat et conuertit corpus ad dispositionem suam propter similitudinem quam habet cum corpore humano: nam in firmitas bruti animalis non transit in hominem sed aliud animal eius

dem generis: sed infirmitas hominis in hominem transit et sanitas intel-
lige hoc carissime princeps: quia in hac re est totum secretum. nam Sal.
dicit quod quicquid de qualibet re dissolvitur necesse est ut alteri assimiletur
sicut pater in morbis transmissis de uno in alterum sicut est infirmitas
oculorum et cetera. et morbi pestilenciales nec est res que huius rei proprietatem
habeat quia non solum humana corpora reddit magis longinqua a cor-
ruptione cum quibus proportionatur sed corpora plantarum retardat a
putrefactione et res illa raro inuenitur: et licet aliquando inueniatur non
potest ab omnibus commode haberi: et ideo usi sunt sapientes loco eius
medicina que iacet in visceribus terre completa et preparata et illa que na-
tat in mari: licet differant inter se. Cum vero illa res assimilatur calori na-
turali sane adolescentie temperate complexionis facit operationes bo-
nas. Cum vero assimilatur sane adolescentie temperate complexionis facit opatio-
nes nobiles. Cum vero assimilatur calori naturali sane adolescentie temperate co-
plexionis in corpore toto facit operationes sublimes et in hac est proprietas quam
dixi. Nam hec differt a medicinis et nutrimentis temperate calefacientibus
et humectantibus que senibus conveniunt: nam ille medicine omnes prin-
cipaliter calefaciunt et humectant corpus. Secundario calorem naturalem
sed hec medicina principaliter calorem naturalem secundario corpus. Nam
proprietas huius rei est calorem naturalem senum et seniorum cum decli-
nant ad frigiditatem et siccitatem reducere ad caliditatem et humiditatem
temperatam absque aliquo nocimento et hec est propria medicina stomacho
si cum eo cathaplasinetur: nam ipsum confortat et appetitum excitat et senem
qui est in potentia ad inventum reducit et corruptas complexiones re-
ctificat. Et multi sapientes locuti sunt de re que illi assimilatur: sed illam
tacuerunt sicut Galienus in libro simplicium medicinarum et Salomon in
lege. Io. Damascenus in suis amplexibus. Sed nota coitus destruit om-
nino predictae rei proprietatem et forte hec est medicina de qua loquitur
filius principis in secundo cano. de operationibus simplicium medicinarum
vbi dicit. est medicina que ponit et dividit omnem complexionem ad
partem quam meretur. Sed quidam sapientes rescripserunt quod quedam
sunt medicamina et nutrimenta que calorem naturalem debilitatum con-
fortant et resolutum restaurant. Quorum unum est vinum vinosum mix-
tum in quo sunt proprietates hee de quo loquitur Galienus in expositio-
ne illius ansof. alices et oscitationes dicens vinum aqua temperatum
totum corpus calefacit membra perforans humores temperans calorem
naturalem excitans. Et dicit quod tantum ponatur de vino quantum de aqua et
hoc intelligendum est de vinosiori vino quod reperitur. Sed haly regalis
loquitur in capitulo de regimine sanitatis vbi tractat de regimine potus
dicens. Si quis vitetur eo iuxta modum et tempore quo oportet confortat
calorem naturalem et extendit ipsum per totum corpus et temperat hu-
mores colericos purgans per sudorem et urinam et mollificat naturam
humectans membra dura quibus accidit siccitas causa caloris superflui.
Et confert gaudium: et leticiam: et melancoliam mitigat: et dicit quod debet
bibere album et subtile mixtum cum multa aqua et quod cavenda sunt vina
acuta et vetera: et si necesse est quod id bibatur sit temperatum aqua suavi
et sapida et fiet ser horis antequam bibatur. Nam ysaac in dietis particu-
laribus de vino vinoso commixto loquitur dicens vinum commixtum cor-
x iij

De regimine

pora calida in frigidat et frigida calefacit et sicca humectat et humida desiccant et facit contrarias operationes: unde antiqui assimilauerunt ipsum tyriace magne: quia comperuerunt eum habere duas contrarias virtutes. Sed quod per spacium sex horarum debet stare ideo dixi quod si statim bibitur et pluribus rebus non sit res una operans secundum proprietatem rei vnius. Vino vinoso debent esse hee proprietates color: odor: sapor: substantia: et post annum debet exhiberi: color debet esse citrinus: sed haly supra tegni et Auicenna dicunt quod rubeum est eligendum. Et hoc intelligendum est in senibus et in rheumaticis hominibus. Sed odor debet esse aromaticus in substantia clarum et in sapore nec dulce nec amarum: sed ponticum et in hoc concordant similiter quod debet mixtum esse cum aqua fontiana cui non sit sapor extraneus: et ysaac videtur dicere quod post annum incipit bonitas vini sed nullus loquitur de spacio temporis eius commixtionis nisi haly regalis de vino veteri in predicto capitulo: et patet ipsum benedicere quia nisi sit per spacium temporis commixtum dicitur quia vnum ab alio in decoctione stomachi separatur et quod est igneum ascendit sursum et quod est terrestre deorsum remanet in stomacho quod patet per vas vitreum plenum vino rubeo positum in vase pleno aqua: ita quod aer ingredi non possit: sed de discordantia predicta sapientum de colorum et quo tempore sumi debeat non est mirandum quia diuersitas terrarum facit hoc quia virtus plantarum variatur secundum diuersificationem locorum et prouinciarum ut haly supra tegni sexto ubi loquitur de castigatione medici. Sed aristoteles loquitur in libro quem fecit alexandro dicens quod vinum valet hominibus abundantibus in humiditate et rheumate. Et nocet iuuenibus et calidis: sed rubeum generat plus de sanguine quam album et laudabilius est omni vino et valet omnibus complexionibus. Et id est quod nascitur in terra extensa inter montes et valles cuius racemus est bone dulcedinis maturitatis perfecte subtilis aeris quod non vindemiatur donec fuerit ab ipso egressa fortitudo sue substantie corticis cuius color est aureus. scilicet medium inter rubeum et citrinus sapor actus purgatius delectabilis et clarum quando tale existit sumatur de ipso temperate iuxta etatem corporis et temporis qualitatem: quia confortat stomachum et calorem corroborat naturalem: iunat digestionem: conseruat corpus a corruptione et ducit cibum purificatum ad omnia membra decoquit cibum in eis donec conuertit ipsum in sanguinem. Item cor leuificat et linguam reddit expeditam et audaciam prestat et multa alia bona facit. Item si in magna quantitate sumatur facit his contraria. scilicet obscurat intellectum: et impedit sensum et cerebrum et debilitat virtutem naturalem generat oblivionem: et ledit omnes quinque sensus: et fugat appetitum: et debilitat iuncturas: generat tremorem membrorum et lippitudinem oculorum: et denigrat sanguinem cordis quare accidit timor et tremor et debilitas genitalium et destructio seminis. Et quod deterius est lepram inducit. Et sic vinum imitatur naturam serpentis de quo antidota conficiuntur: quia graues infirmitates curant: et tamen omnibus notum est quod venena mortifera in se gerunt.

De his que virtutes et sensus reparant et confortant et virtutem conseruant et vires restaurant.



Nulla inueni medicamina in sapientium
libris virtutes et sensus confortantia. Sed quod rele-
uaret virtutes et repararet sensus debilitatos ex senes-
centia et senio non inueni medicamen nisi unum quod est
de genere reptantium. Reptantium autem genera sunt
multa. Sed tria ex his conueniunt microcosmo. Co-
gnitio autem proprietatis unius non peruenit ad grecos
nec ad nos: sed ad ethyopes tantum: et est drachon. Sed
cognitio proprietatis aliorum ad nos peruenit et est tyrus qui appellatur
ab auicenna in quarto et in quinto canon. vipera. Alius est coluber: sed haly
et auicenna rescribunt de viperis dicentes vipere sunt serpentes habentes
capita plana que sunt lata: et ad propinquitatem colli minuti subriles valde
de quorum caude sunt curte strepitum et sonitum facientes in incessu et debet
capi cum est finis veris et incipit etas. De supradictis non conueniunt nisi
flani et de flauis femine. Et eorum signum est quod masculi ex communi latere ha-
bent unum dentem et femine plures uno. Et oportet ut alienentur comute et
varie et aspides et declines ad albedinem et non capiantur ex piscinis et litto-
ribus fluminoz et aquarum marinarum neque petrose: quia in eis sunt quercine sa-
ciantes sitim immo capiantur in loco longinquo ab humorositate nec ca-
pianitur ille que sunt debilis motus habentes caput elenatum. Et oportet
ut non morentur cum capiuntur si possibile est quin preparentur. Et oportet
ut ut ambigantur a parte capitis et caude quattuor digiti. Et si eis mor-
tus fuerit plurimus et sanguis plurimus et mors ipsius tarda erit electa
si contrarium erit mala. Deinde eius viscera extrahantur et proprie sel ipsius
et abluatur perfecte cum aqua et sale et decoquatur cum aqua et sale donec
possint separari carnes ab ossibus. Deinde terantur in mortario carnes et
informantur troscisci et insigantur cum oleo balsami et desiccantur in umbra
et caue ne cadat super eos radius solaris nec ante desiccationem nec post
Nam sol expoliat eos a virtute sua et a proprietate interficiente venena que
sunt ex morfione et bibitatione. Auicenna in quinto dicit hec predicta. Item
in capitulo de lepra dicit quod eligatur morfana et precipue alba et detritetur
caput et cauda vice una. Item haly regalis in ultimo sermone sue practice
dicit quod vitentur qui in domibus habitant et in salis aquis. Et eligantur
adolescentes in quibus subrubens est color vel declinans ad rubedinem
quorum capita sunt lata: quia est signum bonitatis eorum. Item in capi-
tulo de lepra dicit quod potest sumi de trosciscis eorum a dimidio exagio usque
ad unum cum. xxx. 3. vini ariani. auicenna dicit cum vino rubeo: sed vinum
arianum est forte. Postquam dixi de eius electione et preparatione dicendum
est de eius proprietate. Sed haly regalis in secundo sermone sue practice
dicit: si carnes tyrie comedantur ab eo in cuius corpore sunt superfluita-
tes purgant membra interiora a superfluitatibus et ducunt ad cutim et
ad exteriora per sudorem: vel per pediculos: vel per excoriationem valent
morsibus venenosorum animalium et letalibus potationibus profunt
humoribus grossis ex quibus sunt lepre et morphece. Haly supra regni sex-
tum loquitur de hac re supra illud verbum quod virus venenosorum anima-
lium curant in expositione illa. Galienus dicit quod si aggregatur medici-
na faciens euadere et medicina aromatica striptica non est aliquod me-
ius in confortatione membrorum interiorum et quod facit euadere corpus

De regimine

ex malicia chimorum. Et dicit q̄ illa medicina faciens euadere est de genere venenorum: et dicit q̄ digerit et purgat. Sed oportet q̄ misceatur aliqua medicina que auferat partem nocuenti quod remansit in preparatione predictae rei que est de genere venenorum. Sed ad illud nocuentum quod remansit ex venenositate valet cassia lignea: zedoaria cortex citri. Item Auicenna mentionem facit in sc̄do cap. de serpente sed non exprimit vtrum loquatur de tyro vel colubro et loquitur de eius proprietate dicens caro serpentis cum in vsu habetur facit penetrare omnes superficies nitates ad cutim et proprie cum homo non est mundificatus. Item dicit prolongat vitam: et confortat virtutem: et conseruat sensum et iuuentutem: et exsiccatio eius est fortis: sed calefactio non est vehemens. Item confert lepre magnifice. Item prohibet augmentationem scrophularum. Item confortat doloribus nervorum et confortat visum. Item in quarto de dispositione virtutis visibilis dicit q̄ vsus carnis eius conseruat sanitatem oculi in vltimo. Sed latini sc̄dm q̄ mihi videtur loquuntur de colubro dicentes q̄ valet ydropicis spleneticis defectum visum vel auditum habentibus et virtutes omnes reparat: valet leprosis et omnibus infectis et acutis egritudinibus: et est semibus medicina probata. Et filius principis abohaly dicit in capitulo de lepra q̄ homo debet cessare ab administratione huius carnis cum incipit pati scoromiam et ventris inflationem et non debet exhiberi in predictis egritudinibus nisi admisceatur aromaticis stipticis habentibus proprietatem contra illas egritudines quas intendimus curare et eius commixtio tam diu permaneat donec perfecte fermentetur. Et quantitas specierum aromaticarum excedentium sc̄dm gradum debet esse vna pars carnis et sex partes specierum aromaticarum. Et hoc est cum debet sumi a calida complexionem vel calido tempore vel calida egritudine. Sed in frigido tempore et egritudine et complexionem vel etate debet esse vna pars carnis et .x. specierum aromaticarum plus vel minus sc̄dm frigiditatem: et dixerunt quidam q̄ caro illa non debet apponi nisi quousq̄ ascendit sol et forte de genere repentium fuit exhibitum cuidam domino de germania temporibus nostris dum accidit q̄ due sorores simul erant: quarum vna erat pulchra et alia formosa: sed formosa erat apud omnes gratiofa et pulchra mora inuidia obtulit alteri pro veneno quod nascitur: et sic ceciderunt capili vngues et corium et fuit passa fortiter: et cum esset etatis .xxx. annorum facta est in apparentia viginti annorum: et cum eius capili essent nigri facti sunt flauis et facta est complexio equalis et composita facta est ex albedine et rubedine.

De his que animalē excitant virtutem et corpora confortant et motum alleuiant.



Dones sapientes qui de regimine tractauerunt dicere non cessant q̄ senes et seniores in iugendi sunt cum oleo mane cum a somno surgunt. Ut haly regalis hoc dicit de regimine senum et qualiter hec instructio fieri debet sapientes discordant: nam filius principis dicit in sc̄do capitulo de oliuis q̄ omnes species olei corpora confortant et motum alleuiant. Et sic non potest esse q̄ vnum oleum non sit alio fortius. Sed

haly regalis. dicit in regimine senum q' senes sunt inungendi cum oleo squillitico et violis mixtis cum oleo camomillino et aneti. Sed aristo. dicit in libro alexandri q' debet fieri inunctio cum ynguentis odoriferis mane temporibus tamen congruis: vt in hyeme et autūno cum ynguento de mirra confecto cum succo herbe que dicitur bleta. Et in estate et vere cum ynguento cesarino confecto de sandalis et succo enlec. Et hoc dicit in capitulo de balneis: sed non docet ibi qualiter hec ynguenta debent fieri. Et audiui q' dicebat caprius germanicus qui longo tempore in captiuitate fuerat q' sapiens post minutam scarificationem inunctus fuit oleo balsami et forte fuit aliud oleum vel aqua aurea. Et de omni oleo potest fieri ynguentum et de omni pinguedine potest fieri oleum. Et custos ne moris qui rem inuenit facientem albam carnem domine inunctus fuit cum ynguento domine et vixit annis multis. Et auic. dicit in capitulo de laxitudine vbi loquitur de balsamo q' omne oleum debet confortari cum cetera vt tanto tempore ipsum retineat q' suam compleat operationem.

De his que induunt cutim pulcritudine iuuenili et mundificatione et rubedine et que cutis auferunt corrugationem et cetera.



One quod mouet sanguinem et spiritum ad cutim induit eam pulchritudine iuuenili et mundificatione et rubedine et inuat ipsius illud quod abstergit absterfione subtili et leui ponens cutim subtiliore et detegit ab eo illud quod est mortuum super faciem eius detractione subtili et leui et proprie si fuerit in eorincura. Et indiget cum hoc toto cautela a calore et frigore et vento et mouetur sanguis et spiritus ad cutim

tribus modis per regenerationem boni sanguinis et proprie subtilis. Et per mundificationem eius et per expansionem et dilationem eius. Res generantes bonum sanguinem sunt euchia, scdm plurimum inter que est vinum subtile et ce. velut ysaac precipit et panis de simila equiter fermentatus et bñ coctus et omnia cibaria euchia dñmmodo sunt scdm qritatē digestiōis q' digestio est radix generatiōis boni chimi: et sanguis boni: vt. B. in regni et auic. in. iij. capitulo de his rebus et ce. Itē generāt bonum chimum ea que cooperta coquuntur absq' aqua et assata absq' iure. Sanguis namq' bonus cum generatur multiplicatur et consequit ipsum omnis locus et mouet ipsum ab interioribus ad exteriora sicut est ius cicerum vinū et lac mulsum nouiter bibitum ieiuno stomacho et est expertum: vt dicit auic. in quarto casu. Sed haly in fine primi sermonis sue practice dicit q' vinum bonum bibere et carnes assidue comedere bonum calorem facit. Res mundificantes sanguinem sunt he: trissera sarracenicā mirabolis conditi. et latini dixerūt q' idem facit cassia fist. sed margarite sanguinem cordis proprie clarificant et mundificant ac ipsum confortant: vt ysaac in gradibus. Res dilarantes sanguinem et spargentes ipsum ad exteriora sunt multe. quod duobus modis fit. Quorum vn' fit cum rebus assumptis per os sicut piper: zizimber: et gariofili: et crocus tingit sanguinem et proprie in vino coctus. et dosis eius est. 3. i. et sicut est assumere yfopi. 3. iij. et cē. 3. f. et potetur cum zuccaro. Alius modus fit

De regimine

in operationib⁹ et affectionib⁹ anime sicut gaudiū et leticia et q̄ faciūt mo-
uere risū et musica instrumēta audire et cātilenia et sedere cū socijs aīm
delectātib⁹ et respicere res aīm delectantes. et vasa preciosa et celum et stel-
las et vestimentorum indui varietate. Audis delectari et de inimicis con-
sequi victoriam et suam fiduciam complere et cum dilectis ratiocinari: vt
aristoteles in epistoia ad alexandrum. Nam hylaris anima vigorem viri-
bus tribuit et letari facit. Et naturam excitat: et in suis adiuvat actioni-
bus: vt rasis ad almanforē. capitulo de anime cogitationibus. Et res que
adiuvant hoc totum de foris cum attractione et absterfione subtili sunt
linimenta abstergentia. Sed linimentorum quedam abstergunt absterfio-
ne grossa quedam abstergunt absterfione subtili: sicut lauationes et in-
unctiones que auferunt veterem cutim et detegunt quod est subtile et fa-
ciunt viam spirituum ad penetrandum ad superficiem cutis. Sed cause
insufficientes cutim sunt multe: quedam sunt intrinsece. quedam extrinsece
humores insufficientes sanguinem. vt in yctericia. Et sicut opilationes acce-
dentes in membris interioribus. Nam predictae res insufficientes cutim et pos-
test auferri hec infectio cum his que in suis proprijs capitulis inueniuntur.
Sed et rebus extrinsecis facies inficitur scilicet a vento frigore et ca-
lore: nam ista aliquando nigram et sepe turpem et corrugatam cutem red-
dere consueverunt. Sed qualiter cutis a predictis incommodis defendi-
tur et qualiter postquam venerint possint remoueri sapientes docent. Di-
cit auic. in capitulo de rebus colorem facientibus bonum: custoditur cu-
tis a sole frigore et vento si liniatur ex albumine oui et aqua gummi. Itē
sumatur grossum simile et infunde in aqua deinde cola et misce cum cōli-
mensura albuginis oui et cutis illiniatur et nocumenta que imprimunt
ab eis causis remouētur et cum limentis. Et hoc est linimentum quod
ponit rasis in capitulo de pulcritudine quod facit redire cutim ad natu-
ralem dispositionem: cum eius color est mutatus ab aliquo accidenti. R.
farinam fabae lenticule ciceris lupini amigdalorum dulcium excoctato-
rum dragaganti mastice hec omnia cribra et tere subtiliter et confice cū
lacte dulci et cāthaplasmetur: et sic dimitte die ac nocte: deinde lana cum
aqua decoctionis fursurum. deinde itera donec cutis reducat⁹ ad id qđ
in sua prima dispositione fuit. Sed si corrugatio euenit ex aliquo predicto
accidenti in cute fiat id quod sapientes precipiunt. dixerunt quidam qđ
balsamū mixtum cum oleo laurino inunctus auferit cutis corrugatiōez.
Hec medicina consumit naturalem humiditatem corporis et humores
generantem senectutis accidentia et confortat sensum et omnia principa-
lia membra corporis et consumit flegma et melancoliam vbiq̄q̄ sit in
corpore et clarificat sanguinem cordis et confortat ipsum. R. medicinam
que in aere vegetatur et illa cuius minera est planta indica ana. 3. ij. Et
medicinam que natat in mari. 3. ij. et que egreditur de minera animalis
longe vite. 3. i. cē. musci. añ. 3. p. succare ad pondus omnium vtere in cibo
antidoro in estate: sed in hyeme adde gay. macis nucis muscate. 3. ij. Qđ
est in quarto gradu temperatum est aurū. Res que natat in mari est mar-
garita. quod in aere vegetatur est anthos: qui est flos rosis marini. Qđ a
mari projicitur est ābra que est sperma cete. Planta indica est lignum alo-
es. quod est in corde animalis longe vite est os quod geneatur in corde cer-
ui. quod est esca syrorum est tyrys de quo fit tyriaca. Repens quod est esca

ethyopum est dracho. Minera est nobilis animalis est multiplicatio spe
ciei et spiritum et calorum proprie speciei receptis a speculis. Minera no
bilis animalis est iuencula temperata in calore et carnositate formosa :
munda: non sudans: nec olens applicata stomacho pro confortatione cas
loris naturalis non ad vsum veneris. R. anthos ligni aloes. añ. 3. iij. mar
garitarum. 3. ij. ossis de corde cerui. 3. i. croci musci. añ. 3. zuccare ad pon
dus omnium terantur subtilissime margarite: et os de corde cerui et alia
terantur mediocriter fiat pulvis.

Aperientia

opilationes

cerebri

Flos azedrae est arbor: oim gariofilis: suffumigatio nota magnavēdere
lentiscus: nux musc. odorifera: zeni maiorana catacube secunduz quosdā.

Aperientia

opilationes

colatorij cerebri

Piretrum

nigella

acetum

Augmentantia

intellectum.

Caro aduram emblicus caro gallinarum que sunt pulle.

Conferentia

sensibus

et rationi

Zebuli

ambra

Conferentia

rationi

tantum

Aloes

persicum

Conferentia

sensui

xiloaloes

zebuli ambra

tirus repens.

Subtiliantia]

intellectum

loquela auis sacrate ad collum suspensa synapsis bibita ieiuno

Conferentia

obliuioni

loquela auis sacrate. 3. iij. sucis augmentum mutet assara et est flos ha
bens quinqz colores in conseruatione memorie qui humiditates cerebri
consumit et stomachum et epar confortat.

Zedentia

intellectum

et rationem

mel acre: opium: cepe omnia cibaria fumosa omnia melancolica et valde
fleumatica repletio ex cibis et humiditatibus: omne nacorticum secun
dum magis et minus

Nocentia memorie.

Sufflatio ventorum: ebrietas: et repletio superflua: omnia stupefaci
entia. Libaria facientia longam moram in stomacho. Omnia cibaria gra
uantia. Dormitio multa in meridie: et proprie post repletionem: superflut
tas vigiliarum et multiplicitas aque.

Explicit.

Tabula alphabetica.

A

Abscintij potus prodest stomacho par. ij.	fo. xvi.
Adolescentium regimen par. ij. c. iij.	fo. vi.
Anime accidentia que sint par. iij. c. viij.	fo. xxxix.
Animalium superfluitates que sint par. iij. c. xix.	fo. liij.
Amigdale vtilitates par. iij. c. iij.	fo. xliij.
Aleum pdest intestinis et dicitur rusticorum tyriaca par. ij. c. vi.	fo. xvij.
Ano tori corpis emictorii pdest sedere sup calido par. ij. c. vi.	fo. eodem
Aqua eligibilis par. iij. c. i.	fo. xxvij.
Antiniali tēpore cauendum est a coitu par. iij. c. ix.	fo. xl.

B

Balneum infantium quale sit par. ij. c. iij.	fo. vi.
Balnenm etatis fortissime viri quadraginta quinqz annorum quale debe at esse par. ij. c. iij.	fo. viij.
Balneum senum par. ij. c. iij.	fo. x.
Balneum inuat et nocet par. iij. c. iij.	fo. xxij.
Balneum et stupha differunt ibidem.	
Bibere quando competat par. iij. c. vi.	fo. xxxvi.
Bleta alba melior est nigra par. iij. c. xij.	fo. xlv.
Butiri vsus qualis sit par. iij. c. xix.	fo. lv.

C

Cauteriorum vtilitates par. v. c. iij.	fo. lxxiij.
Carnes que eligende sint par. iij. c. xvij.	fo. l.
Casei boni conditiones que sint par. iij. c. xix.	fo. lv.
Carnofitas differt a pinguedine par. ij. c. v.	fo. xij.
Capitis cutis et capillorum conseruatio par. ij. c. vi	fo. xiiij.
Canicem barbe retardantia par. ij. c. vi. fo. eodem	
Ceruisia ex quibus confici debeat par. iij. c. xxi.	fo. lxi.
Cibus validus pro membris generatiuis par. ij. c. vi.	fo. xx.
Condimenta que in regimine sanitatis esse debeant par. iij. c. xx.	fo. lvi.
Continere volentium regule par. iij. c. xxiij.	fo. lxiiij.
Coitus immoderatus stomachum debilitat par. ij. c. vi.	fo. xvi.
Cordis confortatio par. ij. c. vi.	fo. eodem
Cox debilitantia par. ij. c. vi.	fo. eodem
Complexion. sanguinee regimen par. ij. c. iij.	fo. x.
Complexionis colerice regimen par. ij. c. iij.	fo. xi.
Complexionis fleumatice par. ij. c. iij.	fo. xij.
Complexionis melancolice par. ij. c. iij.	fo. eodem.
Comestio quando fieri debeat par. iij. c. vi.	fo. xxxi.
Coctana multū competūt in reducendo appetitum par. iij. c. xij.	fo. xliij.
Concubita generat humorem par. iij. c. xij.	fo. xlvij.

D

Dactili indigestibiles sunt par. iij. c. xij.	fo. xlv.
Demonia fugantia par. ij. c. viij.	fo. xxi.
Digestionis corruptio seu indigestio est radix omnium egritudinum par. ij. c. vi.	fo. xiiij.
Digestio fit in quiete par. iij. c. ij.	fo. xxix.
Dormire in die corp ^o preparat ad malas egritudies par. iij. c. vij. fo. xxxvij.	

Tabula alphabetica.

E

Emorroydas patientes sint laxi par. ij. c. vi.	Folio. xix.
Epatis conseruatio par. ij. c. vi.	fo. xvij.
Exercitium peditando bonum est par. iij. c. ij.	fo. xxix.
Exercitium ante cibum fortificat par. iij. c. ij.	fo. eodem.

F

Farmatia quibus vti conueniat par. v. c. v.	fo. lxxxiiij.
Fenestre fiant septentrionales et orientales par. iij. c. i.	fo. xxvi.
Fleuborhomia fienda in vere par. ij. c. iij.	fo. x.
Fricatio preparat ad exercitium par. iij. c. ij.	fo. xxix.
Fungi que sint meliores par. iij. c. xv.	fo. xlix.

G

Gaudium temperati competit in regimine sanitatis par. iij. c. viij. fo. xxxix.	
Generationis membra confortantur par. ij. c. vi.	fo. xx.

H

Herbarum regule par. iij. c. xiiij.	fo. xlvj.
Hora coeundi que sit par. iij. c. v.	fo. xxxiij.

I

Ignis ex qua materia fieri debet par. iij. c. i.	fo. xxviij.
Ignis stupharum vituperatur eodem	
Ignis a parte posteriori melior est ibidem	
Infantes quomodo regendi sunt par. ij. c. iij.	fo. vi.
Indumenta cuiusque complexionis conuenientia que sint par. iij. c. xxiij. fo. lx.	fo. lx.
Juncturarum dolores patientes par. ij. c. vi.	fo. xix.

L

Lac ad quid proffit noceat ve par. iij. c. xix.	fo. liiij.
Lac est boni nutrimenti eodem	
Lactuca complexionis calide competit par. iij. c. xiiij.	fo. xlvj.
Lac caprarum et camelinum confert spleni par. xij. c. xiiij.	fo. xvij.
Leguminum substantia est inflatiua par. iij. c. xvi.	fo. xliij.
Legumina excoctata sunt saniora non depilatis par. iij. c. eo.	fo. eodem.
Lingue sanitatis conseruatur par. ij. c. vi.	fo. xv.

M

Macies vnde prouenit par. ij. c. v.	fo. xiiij.
Macer impingatur sic par. ij. c. v. fo. eodem.	
Maleficia tollunt par. ij. c. viij.	fo. xxi.
Matricis conseruatio par. ij. c. viij.	fo. xxvi.
Medicine euacuantes sanguinem et alios humores differunt p. ij. c. iij. fo. xi.	fo. xi.
Mery et cane pulmonis fortificatiua et debilitantia par. ij. c. vi.	fo. xv.
Membra exteriora corporis confortantur eodem	
Menstrua in qua etate incipiunt fluere par. ij. c. viij.	fo. xxvi.
Mel quod sit eligibilius par. iij. c. xix.	fo. lv.
Mori contingit hominem ex gaudio et non ex ira par. iij. c. viij.	fo. xxxix.
Mutatio subita nocet par. iij. c. vi.	fo. xxxiij.
Musicalia instrumenta expellunt tristitiam a corde par. ij. c. vi.	fo. xv.
Mulierum regimen par. ij. c. viij.	fo. xxiij.
Mulier concipere volens caueat par. ij. c. viij.	fo. eodem.
Mulier pregnans emitet par. ij. c. viij.	fo. xxiij.

Tabula alphabetica.

N	
Nanſcariſſima repletio vitanda eſt par. iij. c. vi.	Folio. xxiiij.
O	
Ocul' nocet pleno ſtomacho dormire ⁊ nocturna cena par. ij. c. vi. fo. xiiij.	
Odozatum conſervantia par. ij. c. vi.	fo. xv.
Ovis mundificatiua par. ij. c. vi.	fo. xv.
Qua gallinarum confortant cor par. ij. c. vi.	fo. xvi.
Qua que ſint meliora parte. iij. c. xix.	fo. lv.
P	
Panis ex quibus confici poteſt par. iij. c. x.	fo. xli.
Paratis cadere in egritudinez par. iij. c. i.	fo. lxix.
Partum mulierum facilitantia par. ij. c. viij.	fo. xxiiij.
Pede ſiniſtri ante dextrū monere cōfert ſpleni par. ij. c. vi.	fo. xvij.
Pedibus nudis incedere cerebrum et oculos ledit par. ij. c. vi.	fo. xxi.
Perſica appetitum confortant par. iij. c. xij.	fo. xliij.
Peffaria que ſunt par. v. c. ix.	fo. lxxvi.
Peſtilentie preſervatio par. iij. c. ij.	fo. lxxij.
Pinguedo differt a carnoſitate par. ij. c. v.	fo. xij.
Pira et coctana ante cibum conſtipant par. iij. c. xij.	fo. lxiiij.
Piſces que ſint eligibiliores et ſaniores par. iij. c. xvij.	fo. liij.
Piſcium condimenta que eſſe debeant par. iij. c. xx.	fo. lvij.
Por' naturales et artificiales qui ſunt et regule eorū par. iij. c. xxi. fo. lvij.	
Preſervatiua a veneno par. iij. c. iij.	fo. lxxxiij.
Prunorum maneries quor ſunt par. iij. c. xij.	fo. xliij.
Puerpere regimen par. ij. c. vij.	fo. xxiiij.
Pulmonem confortantia par. ij. c. vi.	fo. xv.
R	
Regimen ſanitatſ eſt neceſſarium par. i. c. i.	fo. iij.
Regimē ſani. ē variū ⁊ variū ſm varietatē cōplexionū par. ij. c. i.	fo. iij.
Reſes confortantia et debilitantia. parte. ij. c. vi.	fo. xvij.
Riſum cum recenti lacte coctum inteſtinis prodeſt par. ij. c. vi. fo. eodez.	
S	
Sanitatſ regimen eſt ueceſſarium par. i. c. i.	fo. iij.
Sanitas diffinitur par. i. c. ij.	fo. iij.
Sanitas non conſiſtit in indiſſibili par. i. c. ij.	fo. iij.
Sanguinis euacuatio exhiberi non debet: et quomodo inuentor eius in- terfectus eſt par. ij. c. iij.	fo. xi.
Sanguifuge quales eſſe debeant par. v. c. iij.	fo. lxxxiij.
Sexus diuerſi indigent diuerſo regimine conſervatino vel preſervatino parte. ij. c. ij.	fo. v.
Sexus feminei regimen: vide in verbo mulier.	
Senum regimen par. ij. c. iij.	fo. viij.
Somnus fortiffime etatis brevis ſit par. ij. c. iij.	fo. vij.
Somnus diurnus vitandus par. ij. c. vi.	fo. xix.
Somnus ad quid valet par. iij. c. vij.	fo. xxxvij.
Somno vtendi modus ibidem	
Spinargia bona eſt gutturi et pulmoni par. iij. c. xiiij.	fo. xlviij.
Spleneti ledentia par. ij. c. vi.	fo. xvij.

Tabula alphabetica.

Splen est instrumentum ridendi par. ij. c. vi. Folio eodem

Stomachi sanitas toti corpori sanitatē dispensat parte. ij. c. vi. fo. xvi.

Sternuatio in ieiuno facta multum prodest : et sic non est negligenda. p. ij. c. vi. fo. xliij.

Suppositoria que et quot sint par. v. c. viij. fo. lxxvi.

T

Temperamentum ponderis et temperamentum ad iusticiam considera-
tur in regimine sanitatis par. ij. c. i. fo. iij.

Terra habitabilis qualis esse debet par. iij. c. i. fo. xxvi.

Tēpora āni q̄ttuo: in regimie sanitatis aduertēda sunt p. iij. c. ix. fo. xxix.

Trusloꝝ vsus est periculosus ex eo q̄ inducit palisim par. iij. c. xvi. fo. xlix.

U

Uer assimilatur morbo de repletionē par. iij. c. ix. fo. xl.

Ventosa qualiter fieri debeat par. v. c. ij. fo. lxxxi.

Vesicam ledit longa vrine retentio par. ij. c. vi. fo. xix.

Vinum quando infantibus dandum: et quale par. ij. c. iij. fo. viij.

Vinum senum par. ij. c. iij. fo. ix.

Vinum debilitantia et confortantia par. ij. c. vi. fo. xliij.

Vigilandum quando sit par. iij. c. viij. fo. xxxvij.

Vomitū quando vti conueniat: et ad quid proffit par. v. c. vi. fo. lxxv.

Vua est triplex par. iij. c. xij. fo. xliij.

Z

zuccarum ad quid proffit par. iij. c. ix. fo. lv.

Finis.

the mania

Index tractatuum huius libri.

Tractatus.

De regimine sanitatis Magnini	Folio. iij.
De fleubothomia Arnaldi	Fo. lxxvi.
Astronomie Hippocratis	Fo. xc.
De diæta Johannis barbantini	Fo. xciiij.
Quid pro quo	Fo. xciiij.
De venenis Auerrois	Fo. xcviij.
De tyriaca eiusdem	Fo. xcviij.
Secretorum Hippocratis	Fo. cv.
De vinis Arnaldi	Fo. eodem.
De regimine senum et seniorum eiusdem	Fo. cxiiij.

Finis.

